Hubert A. Holden
Coll: SS. Trin: Can
A. CIↃ. IↃ. CCC. XLVII.

G. Norwood
May 1907.

EVRIPIDIS

BACCHAE

RECENSVIT

GODOFREDVS HERMANNVS

LIPSIAE

APVD GERHARDVM FLEISCHERVM

CIↃIↃCCCXXIII.

Qui factum sit, ut Euripidis Bacchas, quam fabulam nuper utilissimis adnotationibus instruxit P. Elmsleius, ego tam brevi interiecto spatio ederem, eo magis me exponere aequum est, quod me ea re non solum in aliquam arrogantiae suspicionem, sed etiam in culpam neglecti promissi incurrere sentio. Interpretaturus eram fabulam illam superiore semestri aestivo in scholis meis, nihil de edenda cogitans. Eo tempore quum mihi forte ad litteras a Iac. Blomfieldio acceptas respondendum esset, obtuli ei, si quid mihi adnotationum in illa interpretatione subnasceretur, eas ut Museo Cantabrigiensi, si videretur, insereret. Cogitabam enim, quoniam mihi per illam scholarum opportunitatem accurate pertractandus esset ille Elmsleii liber, censuram eius scribere ad eum fere modum, quo antea Medeae ab eo editae censuram scripsissem. Eo igitur fine in illa Baccharum interpretatione potiora eorum, in quibus mihi dissentiendum ab

Elmsleio viderem, adnotabam ac perscribebam. Interea quum de edendis Bacchis compellatus essem, primo abhorrebam ab eo consilio, sed exacto semestri, quum nihil dum responsi a Blomfieldio accepissem, nesciremque, quas sibi leges scripsissent Musei Cantabrigiensis editores, et an ab exteris scriptas dissertationes reciperent: adduci me passus sum, ut edere Bacchas constituerem. Sic enim existimabam, Blomfieldio me satisfacturum esse, etiam si ei ad aliam Euripidis fabulam adnotationes mitterem; edere autem si quam huius poetae tragoediam deberem, Bacchis vix ullam inveniri opportuniorem posse, ut in qua fabula maximam laboris partem aut exhausisset novissimi editoris industria, aut diligenti optimorum codicum collatione faciliorem reddidisset. Ibi vero redditae mihi sunt litterae a Blomfieldio, multo ante scriptae, sed, ut fit in illo terrae marisque intervallo, tarde perlatae, quibus ille comiter respondit, acceptas sibi fore, quas me missurum e se adnotationes scripsissem. Ita video mihi quidem excusatione apud Blomfieldium opus esse: sed eam non aegre ab eius humanitate me impetraturum confido; ut autem recte impetrem, ipse curabo nomine, quod contraxi, exsolvendo. Elmsleium vero, cuius viri et doctrinam admiror, et animi in-

genuitatem maximi facio, sat scio ita de me existimare, non esse me in edendis Bacchis aliqua adversandi cupiditate ductum, sed voluisse, si quid ipse ad emendationem huius tragoediae conferre possem, id cum hominibus doctis communicare. Omninoque velim, qui hac editione utentur, qua ratione eam instituerim meminerint. Nam quum haec Euripidis fabula, quae in corruptissimis numeratur, plurimis in locis ab Elmsleio optime emendata atque egregiis adnotationibus exornata sit, eaque editio ut in Britannia, ita in Germania, praesertim ex quo Lipsiae repetita est, omnium manibus teratur, haec duo potissimum mihi agenda esse duxi, ut et verba poetae, si possem, aliquanto emendatiora exhiberem, et in adnotationibus fere ea tantum, quae ad illas emendationes spectarent, exponerem. Itaque et ab interpretatione plerumque abstinui, et praeterii quae quum ab aliis, tum maxime ab Elmsleio iam recte esse constituta viderentur: ita ut qui uti hac editione volent, Elmsleii editione, cuius ea quasi supplementum est, carere nequeant. Et in textu quidem constituendo, quoniam valde corrupta est haec fabula, id mihi indulsi, ut quaedam ex sola coniectura reciperem. In adnotationibus autem, in quibus rationes reddidi eorum, quae vel

corrigenda vel defendenda putarem, unam quaestionem, quod ea non posset paucis explicari, huic praefationi reservavi: illam dico dubitationem, quae est de omissione augmenti in trimetris. De qua nunc, re iterum iterumque perpensa, explicatius respondere volo ad ea, quibus Elmsleius ad Baccharum v. 1132. meam et Seidleri et Reisigii sententiam impugnavit, magis ut, perpensis quae pro utraque sententia allata sunt argumentis, quid veri simile, quam quid verum sit, ostendam. Fuit enim haec res, nisi fallor, in utramque partem cupidius disputata, alteris quamcumque speciem omissi augmenti arripientibus, alteris omissionem violenter expellentibus. Nec mirum est, in re tam ancipiti in diversa abire homines doctos, et quod cuique verum videatur, omnibus modis defendere, aut etiam eumdem alio tempore aliter sentire, quod mihi ipsi accidisse minime diffiteor. Eam si cui inconstantiam vocare libet, per me licet id faciat. Semper enim, ubi quid rectius me perspexisse putarem, constare mihi amplectendo vero, quam defendendo errore malui: quam nonnullorum etiam clarorum hominum pervicaciam, immunitatem erroris simulantium, magnam ego animi imbecillitatem esse, neque alium habere fructum arbitror, quam ut vulgus illos stupeat, rideant autem sapientes.

Quod si remota cupiditate, quid statuendum sit de illa omissione augmenti, quaerere volumus, tota res denuo ex omni parte consideranda erit. In quo etsi mihi multa, quae nemini ignota sunt, repetenda video, tamen id necessarium esse ad caussae cognitionem arbitror.

Constat vero, tragicos in diverbiis antiqua Atticorum lingua usos esse, quae neque vulgi sermonem, ut comoedia, imitaretur, et, licet magis pedestris esset quam epicorum aut lyricorum dictio, tamen supra prosae orationis tenuitatem assurgeret. Itaque quae potissima sunt et primaria in illa veteri Atticorum lingua, conservari debuerunt, eo tamen temperamento, ut, quae vulgaria haberentur, velut *Ἀθηνᾶ, κυνηγός, Θρᾷκες,* constanter cederent Doricis aut Ionicis formis; alia autem, in quibus poeticae formae non viderentur alienum quid sonare, pro metri commoditate variarent, ut *μόνος, μοῦνος, μέσος, μέσσος.* Et has quidem poeticas formas Elmsleius ad Med. 88. ea lege a tragicis usurpari censet, ut communis forma in eadem sede posita metro adversetur. Quod quoniam sic est dictum, ut iniquior aliquis eam regulam etiam ad augmenti omissionem transferre, et quum de augmento aliter statuat Elmsleius, eum quasi suo sibi gladio iugulare possit: non abs re erit

monuisse, aliud in mente habuisse virum praestantissimum, quam quod primo adspectu dicere videatur. Hoc enim eum dicere, quae illo loco disputat, ostendunt, si istorum utraque vocabulorum forma in sede aliqua versus trimetri per metrum ferri possit, veluti in primo pede ξένος et ξεῖνος, communem praelatam esse poeticae. Verumne dixerit, an etiam haec regula suas exceptiones habeat, non quaeram: dixit certe valde probabiliter. Illud vero, quod videri potest dixisse, quaecumque communes formae metro non essent aptae, pro iis usurpatas esse poeticas, nec dixit, nec potuit dicere, siquidem eo modo non solum augmenti omissio, sed multa alia, quae numquam in trimetris usurpata sunt, defendi possent.

In his igitur, quae Atticae linguae propria sunt, augmenti usus est: quem quum ita constantem esse in trimetris videamus, ut neglectio in vitii suspicionem vocari potuerit, illud omnino concedendum est, non esse augmentum in iis rebus numerandum, quae prouti commodum videretur, nunc usurpari, nunc negligi solita fuerint, sed, si sit aliquando neglectum, non esse id temere et sine idonea ratione factum. Eiusmodi rationem primo Seidlerus in medium attulit; aliam deinde Reisigius.

Et Seidlerus quidem observavit, omnia fere, quae exstarent, omissi augmenti exempla in nunciorum narrationibus inveniri. Eaque per se ipsa quidem minime absurda ratio est. Nam quum ita exorta sit tragoedia, ut chori aliquo cantico decantato unus histrio prodiret, qui quod non haberet quicum colloqueretur, spectatoribus aliquod insigne facinus narraret, his narrationibus tota tragoedia continebatur: eoque factum est, ut illae, etiam quum agi res in scena introductis pluribus actoribus coepisset, tamquam pars necessaria tragoediae manerent. Vnde non mirum foret, si hae narrationes, quod initio ad epici carminis similitudinem factae essent, id prae diverbiis praecipuum haberent, ut in iis, quemadmodum in epica poesi, concessa esset augmenti omissio. Quamquam quod potuit fieri, non continuo colligas factum esse. Ac negat factum esse Elmsleius, duobus argumentis, uno, quod quum in illis narrationibus multo maior sit praeteriti temporis usus quam in diverbiis, consentaneum sit rariorem in diverbiis augmenti omittendi opportunitatem fuisse; altero, quod a defensoribus illius omissionis numerus exemplorum plus aequo auctus sit. Hoc posterius ita esse non infitior, dummodo mihi concedatur, etiam adversarios augmenti omissionis quasi furore quodam

correptos ita in eam saeviisse, ut saepe, ad alia omnia occaecati, adhibendis crudelissimis remediis plus corruperint, quam emendarint. Illud prius autem vereor ne speciosius quam verius dictum sit. Nam quum etiam in diverbiis, aut ubi quis solus vel secum loquitur, vel spectatoribus aliquid exponit, frequentissima sit praeteriti usurpandi necessitas, maiorque pars cuiusque tragoediae ex huiusmodi sermonibus constet: non ausim dicere, in utris, si quis numerandi laborem non reformidet, plura sit verbi praeteriti exempla inventurus. Sed aliud, idque multo gravius pro Elmsleii sententia argumentum ipse afferam. Nam si hoc concessum in istis narrationibus fuisset, ut omitti augmentum liceret, multo plura, multoque certiora in iis exempla huius omissionis inveniri deberent, in diverbiis autem omnino nulla. Quod si etiam in diverbiis aliqua reperiuntur, non fuit ea res propria narrationum; et, si in ipsis his narrationibus perrara sunt, aliam potius augmenti omissionis caussam fuisse necesse est, quam illam narrationis formam.

Alia via Reisigius augmenti omissionem defendit in Coniect. in Aristoph. lib. I. p. 78 seqq. Huic ea licita visa est, ubi res magna quaedam et gravis, aut admirabilis, vel nova etiam vocabulo illo

narraretur, quae et vocis intentione et gestuum motu auditorum animis inculcaretur. Ad hoc argumentum, quod magnam habet probabilitatem, diligentique consideratione dignum est, non respondit Elmsleius. Opinor autem ita eum sensisse, tam multa inveniri verba, in quae cadant illa, quae commemoravit Reisigius, ut, quum ea tamen non careant augmento, illa, quae eo carent, ipsa paucitate sua rationem istam suspectam reddant; deinde autem, ut verba illa in paucis quibusdam exemplis insigne quoddam pondus ad sententiam habeant, tamen in aliis Reisigium, opinione quam concepisset abreptum, quoniam augmentum sublatum videret, maiorem quamdam vim verbi, quam in eo inesset, commentum videri.

Venio nunc ad eorum sententiam, qui augmenti abiectionem penitus a tragicorum trimetris remotam volunt. Hi ut ita sentiant, hanc unam tantum, sed eam minime contemnendam rationem habent, quod in infinita illa multitudine verborum, quae habent augmentum, omissi adeo rara inveniantur exempla, ut, praesertim quum maximam partem facillime sanari possint, plane sit incredibile, paucissima illa, quae refragentur emendationi, non esse corrupta. Ac profecto, si res veri similitudine iudicanda est, ho-

rum sententia vincet. Quibus si nihil aliud ab illis, qui defendunt omissionem augmenti, opponi potest, quam quod raritas per se non est vitii documentum: est illud quidem aliquid, sed non satis ad tollendam suspicionem vitii. Vnde consequetur, utcumque suspecta sint talia exempla, tamen, usque dum certo constet corrupta esse, non esse iis emendationem admovendam. Adeo enim lubricus est hic locus, qui in raritatis fide versatur, ut verendum sit, ne in augmento quoque eveniat, quod in multis aliis rebus ab omnium temporum grammaticis commissum videmus, ut qui se prava et corrupta corrigere putaret, integra et sana corrumperet. In re tam ancipiti una tantum est via, quae medium inter inconsideratam temeritatem emendandi, et superstitiosam religionem tuendae librorum scripturae teneat: quae in eo est posita, ut quaeratur, an ea, quae propter raritatem suspecta sunt, certam aliquam rationem habeant. Nam si ratio reddi potest, vitii suspicio aut tollatur necesse est, aut minuatur saltem. Ea ergo via, quae iam a Seidlero et Reisigio erat tentata, nos quoque, sed alio modo in Elmsleii sententia examinanda procedemus. Hic enim removendae augmenti omissionis caussam et plenius, quam quisquam alius, et accuratius egit.

Is igitur primo magnam partem exemplorum plane adspernatur. Sunt illa vel talia, in quibus abstinere augmento tragici consueverunt, ut in Heraclidis v. 55.

ἱκέται καθεζόμεσθα,

et in Helena v. 1587.

Ἑλένη, καθέζετ' ἐν μέσοις ἑδωλίοις·

ad quod genus referri potest etiam κλαίεσκον apud Aeschylum; vel in quibus nemo non videat praesens reponendum esse, ut in Alcest. 181.

κύνει δὲ προσπιτνοῦσα,

qualia plurima reperiuntur. Velim tamen non omisisset Sophocl. Philoct. 571.

ὃ δ' εἶπ' Ὀδυσσεύς, πλησίον γὰρ ὢν κύρει.

Nam si eo tempore, quo adnotationem ad Med. 1110. scripsit, aut cognitum habuisset, quod considerate ad Sophoclis versum dixit Buttmannus, aut ipse ad id animum advertisset, maluisset, opinor, quem reprehendit Brunckium sequi, ἦν κυρῶν corrigentem, quam ὢν κυρεῖ scribentem Porsonum. Porro excludi vult Elmsleius ab hac disputatione ea exempla, in quibus per crasin sublatum sit augmentum, quae est etiam Reisigii sententia. Eiusmodi sunt haec: Aeschyli in Persis v. 310.

νικώμενοι κύρισσον ἰσχυρὰν χθόνα.

De quo versu eos, quibus solam Elms-

leii Baccharum editionem Lipsiensem usurpare licet, monitos volo, ne, quod in adnotatione ad v. 1152. is, qui tollendis erratis typothetae praefuit, pro *κύρισσον* exhibuit, *κήρυσσον*, ab Elmsleio scriptum putent. Nam Oxoniensis editio *κύρισσον* habet. Ita corrector ille, aliud agens, scripturam posuit similem emendationi, eique minime ineptae. Sed haec obiter. In eadem Aeschyli fabula v. 490.

ἔνθα δὴ πλεῖστοι θάνον.

Quo loco, si ita scripsit Aeschylus, notanda est crasis in primo ictu tertiae dipodiae, quae quum vacua sit offensione, si prior vox monosyllaba est accentum habens, ut *μὴ 'δικεῖν* in Eumen. 85. 694. *μὴ 'πόθουν* in Ai. 963. *μὴ 'κάλεις* in Oed. R. 432. *μὴ εἰδόσιν, μὴ εἰδέναι* in Antig. 33. 263. 535. *μὴ 'θιγες* ibidem v. 546. *'ἄπαθες* in Oed. C. 1196. minus suavis est, si aut ex pluribus syllabis ea vox constat, aut monosyllaba quidem, sed enclitica est, ut *παγκοίνῳ 'δάμη* in Sept. ad Th. 614. *οἵου 'τράφης* in Ai. 558. *ἐγὼ 'κτανον* in Oed. R. 844. *ὅτου 'φάνη* in Antig. 457. *ἐγὼ 'παθον* in Philoctet. 1012. *μή μου 'φέλῃς* ibidem v. 933. Sed redeo ad augmentum. In Persis v. 694.

ἥκω. τάχυνα δ', ὡς ἄμεμπτος ὦ χρόνου.

Hoc quidem exemplum eximendum est

ex isto numero, si Aeschylus *τάχυνε* scripsit, quod a Blomfieldio positum est. Sophocles Ai. 508.

παίσας κάρα, θωΰξεν.

et v. 1504.

δώρημ᾽ ἐκείνῳ δῶκεν Ἀλκμήνης γόνος.

Oed. Col. 1602.

ταχεῖ πόρευσάν ξὺν χρόνῳ.

et v. 1608.

πατρὸς πεσοῦσαι κλαῖον.

Trach. 581.

Ἰόλη καλεῖτο.

et v. 772.

ἐνταῦθα δὴ βόησε τὸν δυςδαίμονα.

et 905.

γένοιτ᾽ ἐρήμη, κλαῖε δ᾽ ὀργάνων ὅτου.

Philoct. 360.

ἐπεὶ δάκρυσα κεῖνον οὐ μακρῷ χρόνῳ.

Haec igitur omnia, et si quae alia forte his similia reperiantur, plane removenda ab hac disputatione censet Elmsleius. Nec volo refragari, quamquam quaedam ex his exemplis crasin insolentiorem habent: quibus accedunt pauca similia, quae infra afferentur. Videat de his, si quis ex omni parte, quousque pateat crasis, determinare instituet, de qua adhuc nemo aut plenius aut subtilius explicuit, quam Reisigius in Syntagmate critico. Sed oportuerat tamen id augmenti defensores facere, ne viderentur in illud vitium incidisse, quod logici petitionem princi-

pii vocant, quum crases adhiberent, quas an sibi permisissent tragici, non evicissent. Nam ut illis, *ταχεῖ 'πόρευσαν* et *ἐπεὶ 'δάκρυσα*, simile sit *εἰ 'πιταξόμεσθα* in Eurip. Suppl. 521. quod non assentior Reisigio in *ἢ 'πιταξόμεσθα* mutatum volenti, tamen talia, quale *πλεῖστοι "θανον* et *πεσοῦσαι "κλαιον*, et in ipsa adeo versuum commissura, ut *εἰςίδοι 'βρυχᾶτο*, quibus tandem exemplis, nisi his ipsis, in quibus quaerimus licitumne fuerit crasin facere, confirmabunt? Id sentiens Reisigius, synecphonesin praetulit.

Illa vero exempla, quae in censum venire possint, in tres classes distribuit Elmsleius, quarum in prima sint ea, in quibus sine metri dispendio addi augmentum possit; in secunda, quae per crasin in commissura duorum versuum tollantur; in tertia, quae neutra ratione augmentum admittant: eaque corrupta esse pronunciat. Nos quidem, etsi illa divisio pro Elmsleii consilio recte est et convenienter facta, tamen nonnihil ab ea recedemus, quoniam aliud esse putamus, quod in hac disputatione considerandum sit.

Ordiamur itaque ab iis exemplis, quae in secunda classe posuit Elmsleius. In his non intercedemus, quin crasis adhibeatur. Sunt autem haec: Sophoclis in El. 714.

κόνις δ' ἄνω
φορεῖθ'· ὁμοῦ δὲ πάντες ἀναμεμιγμένοι
φείδοντο κέντρων οὐδέν.

Oed. Col. 1606.

αἱ δὲ παρθένοι
ῥίγησαν ὡς ἤκουσαν.

Trach. 903.

κρύψασ' ἑαυτὴν ἔνθα μή τις εἰςίδοι,
βρυχᾶτο μὲν βωμοῖσι προςπίπτουσα.

et v. 914.

κἀγὼ λαθραῖον ὄμμ' ἐπεσκιασμένη
φρούρουν.

Duo alia exempla removenda videntur ab hoc numero: Oed. R. 1244.

πύλας δ' ὅπως εἰςῆλθ' ἐπιῤῥήξασ' ἔσω,
κάλει τὸν ἤδη Λάϊον πάλαι νεκρόν.

Recte enim καλεῖ dedit Erfurdtius, sequutusque eum est Elmsleius. Et Eurip. Hec. 1151 (1142. ed. Pors.).

πολλαὶ δέ, χειρὸς αἳ μὲν ἐξ ἀριστερᾶς,
αἳ δ' ἔνθεν, ὡς δὴ παρὰ φίλῳ, Τρώων κόραι
θάκουν, ἔχουσαι κερκίδ' Ἠδωνῆς χερός,
ἤνουν θ', ὑπ' αὐγὰς τούςδε λεύσσουσαι πέπλους.

Elmsleius ibi θακοῦσ' emendandum putat ad Heracl. 994. quod probat Matthiae, confirmatque adnotatio scholiastae in uno ex codd. Flor. ὁ ἐνεστὼς ἀντὶ παρατα-

τικοῦ. Verum sive sic, sive ut vulgo, legitur, parum apte dictum videtur, ἔχουσαι κερκίδ' Ἠδωνῆς χερός, quod sic demum, si quid video, recte diceretur, si de opere, quod ipsae nunc texerent, sermo esset. Quare etiamnum in ea sententia sum, quam in secunda editione tragoediarum Euripidis a Porsono curatarum Schaeferus p. 564. commemoravit, ut ita scripsisse Euripidem credam:

πολλαὶ δέ, χειρὸς αἳ μὲν ἐξ ἀριστερᾶς,
αἳ δ' ἔνθεν, ὡς δὴ παρὰ φίλῳ, Τρώων κόραι
θάκους ἔχουσαι, κερκίδ' Ἠδωνῆς χερὸς
ᾔνουν, ὑπ' αὐγὰς τούςδε λεύσσουσαι πέπλους.

Videorque mihi eius coniecturae aliquam confirmationem in illa ipsa, quam attuli, scholiastae, qui θακοῦσ' habuit, adnotatione invenire. Sed, ut redeam ad illa exempla, in quibus restitui per crasin augmentum potest, nemo non videt, differre ea inter se, quum in aliis verba, quae per crasin coalescunt, coniunctissima sint, ut ἄνω 'φορεῖτο; in aliis minus coniuncta, ut αἱ δὲ παρθένοι 'ρίγησαν; in aliis etiam disiuncta, interpunctione pausam in recitando fieri iubente: ut non mirum sit, si cui haec postrema crasin respuere videantur. Putavi id commemorandum esse, tum ne neglexisse viderer, tum vero etiam ut

monerem, ne quis exornare hoc argumentum ad defendendam augmenti omissionem vellet. Certa enim et minime suspecta exempla docent, non impediri crasin interpunctione: et qui attenderunt ad recitationem Graecorum, quae res non est exigui momenti, facile intelligent, qua illi arte simul et interpunctionem sciverint et crasin in pronunciando notare.

Magis anceps iudicium est de ea classe, quam primam fecit Elmsleius, quae ea complectitur exempla, in quibus addi augmentum sine versus detrimento possit. Ea haec sunt: Aeschyli in Persis v. 375.

ναυβάτης δ᾽ ἀνὴρ
τροποῦτο κώπην σκαλμὸν ἀμφ᾽ εὐήρετμον.

Et v. 487.

ἀμφὶ δὲ
κυκλοῦντο πᾶσαν νῆσον.

Choeph. 755.

πρὸς μὲν οἰκέτας
θέτο σκυθρωπὸν ἐντὸς ὀμμάτων γέλων
κεύθουσ᾽ ἐπ᾽ ἔργοις διαπεπραγμένοις.

Et v. 930.

κάνες γ᾽ ὃν οὐ χρῆν, καὶ τὸ μὴ χρεὼν πάθε.

Sophoclis Oed. R. 1246.

μνήμην παλαιῶν σπερμάτων ἔχουσ᾽, ὑφ᾽ ὧν
θάνοι μὲν αὐτός, τὴν δὲ τίκτουσαν λίποι
τοῖς οἶσιν αὐτοῦ δύςτεκνον παιδουργίαν.
γοᾶτο δ᾽ εὐνάς, ἔνθα δύστηνος διπλοῦς
ἐξ ἀνδρὸς ἄνδρας καὶ τέκν᾽ ἐκ τέκνων τέκοι.

Euripidis in Bacchis v. 1057 (1065).

κατῆγεν, ἦγεν, ἦγεν εἰς μέλαν πέδον.
κυκλοῦτο δ᾽, ὥςτε τόξον, ἢ κυρτὸς τροχός.

Quibus addidit Elmsleius illud, quod etiam in secunda classe posuit, ex Electra Sophoclis v. 714.

κόνις δ᾽ ἄνω
φορεῖτο·

in quo de crasi non videtur dubitari posse. Ex his locis illos duos, qui sunt in Choephoris, ipse ultro dedam augmenti defensoribus. In priore enim, in quo Porsonus miram et vix explicabilem scripturam recepit, *πρὸς μὲν οἰκέτας ἔθετο σκυθρωπῶν ἐντὸς ὀμμάτων γέλων, κεύθουσ᾽ ἐπ᾽ ἔργοις διαπεπραγμένοις*, neque *ἔθετο*, neque *θέτο* ab Aeschylo positum puto. In altero autem neminem hodie fore spero, qui, quod Porsonus edidit, *ἔκανές γ᾽ ὃν οὐ χρῆν*, potius, quam aut *ἔκανες τὸν οὐ χρῆν*, aut *ἔκανες ὃν οὐ χρῆν* reponendum censeat. De caeteris quaero, qui factum sit, ut libri

omnes omittant augmentum, quum id tamen exhibeant in Sophoclis Philocteta v. 544.

ἐκέλευσ᾽ ἐμοί τε ποῦ κυρῶν εἴης φράσαι·

et in Euripidis Iphig. Aul. 49.

ἐγένοντο Λήδᾳ Θεστιάδι τρεῖς παρθένοι·

et in Bacchis v. 1288 (1294).

ἐμάνητε, πᾶσά τ᾽ ἐξεβακχεύθη πόλις·

et in Herc. fur. v. 458.

ἔτεκον μὲν ὑμᾶς, πολεμίοις δ᾽ ἐθρεψάμην.

et nescio cuius apud Plutarchum Q. Symp. VIII. 15. p. 747. F.

ἐγένοντο τοῦ μὲν Ἡρακλῆς, τοῦ δ᾽ Ἴφιτος.

Mirum hoc profecto: sed nunc non respondebo ad hanc quaestionem. Prius enim tertiam, quam fecit Elmsleius, exemplorum classem considerare volo.

Et huius quidem classis exempla etsi hoc commune habent, quod nulla ratione augmento locum concedunt, tamen aliqua eorum, eaque non exigua varietas est. Afferam primo ea, quae mea ipsius sententia corrupta sunt. Aeschylus in Persis v. 313.

οἵδε ναὸς ἐκ μιᾶς πέσον.

Collaudatam a multis Porsoni coniecturam, quam solus velim Vauvillersius fecisset ad Sophoclis Philoct. 574. vol. II p. 47. *οἴδε ναὸς ἔπεσον ἐκ μιᾶς,* ego non meliorem esse vulgata lectione contendo. Id si quis mirabitur tam confidenter a me dici, is cogitet velim, talem ex illa coniectura hunc versum prodire, qualem hodie fortasse quis faciat, satis habens verba quoquo modo in pedes cogere. Aeschylus ita non scripsit. Mihi quid videatur, tum dicam, quum ille mihi a multis multorum coniecturis liberandus erit. Non melius habet illud Sophoclis in Antig. 403.

ΚΡ. ἦ καὶ ξυνίης, καὶ λέγεις ὀρθῶς ἃ φῄς;
Φ. ταύτην γ' ἴδον θάπτουσαν ὃν σὺ τὸν νεκρὸν
ἀπεῖπας.

Recte hic a Brunckio repositum esse *ἰδών*, in confessis est. Neque in Eurip. Hec. 580.

τοιάδ' ἀμφὶ σῆς λέγον
παιδὸς θανούσης,

quisquam hodie erit, quin *λέγω* ab Heathio inventum probet. In Oreste pars codicum v. 505.

αὐτὸς κακίων γένετο μητέρα κτανών·

pars *ἐγένετο.* Porsonus recte, *μητέρ' ἐγένετο κτανών.* In Alcest. 841.

> *νῦν δεῖξον, οἷον παῖδά σ' ἡ Τιρυνθία*
> *Ἠλεκτρύωνος γεῖνατ' Ἀλκμήνη Διΐ.*

Merito Blomfieldii emendationem, *Ἠλεκτρύονος ἐγείνατ' Ἀλκμήνη* probat Elmsleius. Nec magis dubitandum, quin in Ipig. Taur. 55. pro *ὕδραινον* Musgravius, Porsonus, aliique recte iudicaverint *ὑδραίνειν* scribendum esse, quum omnia, quae antecedunt, per infinitivos relata sint. Ac debet illud *ὕδραινον* tanto magis pro corrupto haberi, quod nullum aliud exstat exemplum augmenti temporalis propter metrum neglecti. His accedant duo alii inter se simillimi loci. Sophoclis in Trach. 757.

> *ἱδρὼς ἀνήει χρωτί, καὶ προσπτύσσετο*
> *πλευραῖσιν ἀρτίκολλος, ὥστε τέκτονος,*
> *χιτὼν ἅπαν κατ' ἄρθρον·*

et Euripidis Alc. 181.

> *πᾶν δὲ δέμνιον*
> *ὀφθαλμοτέγκτῳ δεύετο πλημμυρίδι.*

Non intercedam, quin his quoque in locis, quod viris doctis placuit, *προσπτύσσεται* et *δεύεται* reponatur.

Videor mihi, tanta exemplorum copia defensoribus augmenti permissa, exceptis perpaucis, de quibus quid sentirem aperire distuli, saltem cupiditatis suspicionem effugisse. Quod si qui erunt, qui me simul caussam, quam defendo,

ipsam in discrimen adduxisse putent, hi velim cogitent, non esse multis, sed aptis exemplis opus, tantumque abesse, ut quae ipse repudiavi exempla, conferant aliquid ad tuendam omissionem augmenti, ea ut pene desperari debeat, si uti plerisque eorum exemplorum necesse sit. Copia enim exemplorum is rem gerere deberet, qui sive in nunciorum narrationibus, sive aliis in partibus tragoediae pro metri commoditate modo usurpatum esse augmentum, modo neglectum demonstrare vellet. Quod contra qui certis tantum conditionibus abiectum esse augmentum putat, ab illis exemplis omnibus abiudicare eius omissionem debet, in quibus illae conditiones non inesse reperiantur. Necesse est autem, unum de his duobus verum sit, aut numquam in trimetris omissum esse augmentum, aut raro, certis quibusdam conditionibus: aliter enim promiscua esset detractio atque adiectio. Vnde consequitur, etiam si paucissimi sint loci, qui in exemplum trahi possint, tamen eos, modo ne ratio idonea omissionis desit, recte defendi. Etenim quod ait Elmsleius, nullas in Attica poesi fore grammaticas regulas, si nihil pro corrupto habendum sit, nisi quod facile emendari possit, est illud quidem verissime dictum, sed non ex omni parte in hanc quadrat de augmento quaestionem.

Primum enim non linguae legibus repugnat augmenti abiectio, sed tantummodo a communi usu discedit, quem etiam in aliis rebus interdum deseri videmus. Deinde non difficultas emendandi signum est incorruptae scripturae, sed ipsius scripturae probabilitas. Nam etiam corruptissima quaeque, ut illud Aeschyli *ἰὸφ ὄμυ* in Supplicibus, emendatu difficilia sunt, et tamen non possunt pro sinceris haberi: quae vero recte, apte, pulcre, graviter dicta sunt, idque aliquando ita, ut corrigendo non possint non prava, inepta, invenusta, languida fieri, ea quis non defendenda potius et communienda, quam impugnanda et labefactanda iudicabit?

Itaque ut veniam ad propositum, partem huius rei optime mihi Reisigius videtur perspexisse, nisi quod ille, quam quibusbam in verbis vim esse animadvertisset, etiam ad ea verba transtulit, in quibus ea vis nulla est: quo fieri non potuit, quin totius veritatem disputationis redderet suspectam. Quamobrem ita retractabo illam quaestionem, ut ad suum quaeque genus referantur, neque inter se commixta, alia aliis fidem detrahant.

Atque quum omissio augmenti propria sit dictionis poeticae, consentaneum

est, si eam aliquando in pedestrem sermonem, a cuius ratione aliena est, inferri licitum fuit, id ibi dumtaxat concessum fuisse, ubi singularis aliqua caussa esset, cur a communi usu dicendi non modo sine offensione, sed etiam cum aliqua laude recederetur. Apertum est autem, quoniam ex poetica dictione sumpta est abiectio augmenti, debere eius vim eamdem esse, quae est omnium poeticarum formarum, ut orationem graviorem reddat. Id autem quum duobus modis fieri potuerit, uno, quod verba carentia augmento antiquius quiddam sonant; altero, quod numerum habent alium: prius illud repudiatum esse a tragicis patet: aliter enim, quemadmodum *ἐκεῖνος* et *κεῖνος*, prouti commodum esset, dixerunt, etiam augmentum promiscue nunc addidissent, nunc omisissent. Itaque si omiserunt aliquando, alterum respexerint necesse est, numerum dico. Idque confirmatur eo, quod augmentum temporale non abiecerunt. Huius enim abiectio aut non mutat numerum, aut, si mutat, minuit potius eius gravitatem, quam ut augeat. Ac profecto, si aliqua est omittendi augmenti iusta ratio, debet ea in ipsa rei natura sita esse: alioquin inanis foret haec omnis disputatio, qualis necesse est visa sit iis, qui hoc agi putarunt, ut ostenderetur, temere et ubi

collibitum esset, abiecisse augmentum tragicos.

Igitur quum omnis vel adiectio vel detractio augmenti ad numerum spectare debeat, is autem duplex sit, unus, quem quaeque vox ipsa per se habet, alter versuum, facile intelligitur, quod ad ipsius verbi numerum attinet, illa omnia, *πέσον*, *θάνον*, *θέτο*, *κάνες*, *ἴδον*, *λέγον*, *γένετο*, multo debilius quid sonare, quam quum additur augmentum; poetamque, qui talia verba ita collocare nesciat, ut augmentum servetur, habendum esse imperitissimum. Itaque hoc totum genus verborum nusquam sine augmento in trimetris usurpatum esse, certissimum putandum est.

Alia ratio est eius numeri, qui in versibus inest. Ad hunc quod attinet, omissio augmenti ad eos tantum versuum locos spectare potest, in quibus magni refert, quali utare numero. Est autem in numero versuum, quum oratio ad eos accedit, initium orationis, quod plerumque idem cum versuum initio est, is locus, qui singularem quamdam vim quum ad pronunciationem verborum, tum ad eorum conformationem habeat. Nam quum orationis ea sit constans lex atque immutabilis, ut, si quod verbum praecipue urgeri velimus, id in initio

sententiae collocetur: nam sponte quisque intelligit, si quando invertuntur sententiae, ut potissima vox in fine sit, id non posse nisi propter ipsam illam legem fieri: illa legis huius necessitas docuit poetas in principiis versuum formas verborum etiam reluctantes aptare numeris. Eiusmodi quum plurima exstent apud epicos veteres exempla, ut,

ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο,

multo pauciora inveniuntur apud tragicos, quod hi severiores sibi leges scripserunt, sed tamen aliqua: quorum exemplorum unum in anapaesti usu cernitur, qui in solo primo trimetri pede, si nominum propriorum necessitatem excipias, concessus est. Secundum est in producenda propter pondus verbi brevi sylleba nominis proprii, qualia sunt Aeschyli *Ἱππομέδοντος*, *Παρθενοπαῖος*, et Sophoclis *Ἀλφεσίβοιαν*, secundam longam habentia: de quibus dictum in Elem. D. M. p. 44. et 60. Tertium nobis in augmenti non solum omissione, sed etiam adiectione positum videtur. Id igitur iam explanabimus.

Numerus in omni carmine duplex est, unus, qui est metri proprius, alter orationis. Metricorum numerorum initia sunt initia ordinum, ex quibus quisque versus compositus est: orationis numerorum initia ibi sunt, ubi nova sententia

incipit. Vtriusque numeri initia aut in eumdem, aut in diversos locos incidunt: in eumdem, ubi oratio cum ipso versus aut ordinis in versu initio incipit; in diversos, quum oratio non incipit in versus aut ordinis initio. In recitatione versuum, quoniam non oratio propter metrum, sed metrum propter orationem inventum est, potior est, ubi diversa sunt utriusque numeri initia, orationis numerus, ita ut metricum non tollat quidem, sed apte mutet: ut in his versibus;

ἀλλ᾽ οὔτε σιγᾶν, | οὔτε μὴ σιγᾶν τύχας
οἷόν τέ μοι τάσδ᾽ ἐστί· | θνητοῖς γὰρ γέρα
πορών, | ἀνάγκαις ταῖσδ᾽ ὑπέζευγμαι τάλας.

Hos versus qui singulos iisdem ordinibus distinctos recitaret, ut pueri metra discentes faciunt, metrum exhiberet iambicum, non orationem in partes, ex quibus constat, apte distinctam. Recitandi ergo sunt ita, ut primus usitatos trimetri ordines habeat, quia iidem etiam in verbis sunt; in secundo autem incidatur post *ἐστί*, et quod sequitur membrum etiam verbum *πορών* comprehendat, reliquis verbis ultimum membrum implentibus. Sed faciendum id est eo temperamento, ut servetur, quantum fieri potest, metricus numerus, ne, qui audiunt, prosam se orationem audire putent. Me-

tricus numerus per se solus, quia non habet orationem, omnibus in versibus idem est, nec fieri potest, ut unus trimeter metricus aliquo in loco maiorem vim numeri habeat, quam alius metricus trimeter. Hoc orationis proprium est, ut aliud verbum prae alio, ideoque etiam numeri pars alia prae alia per quamdam vocis intentionem erigatur et roboretur. Quumque huiusmodi verba propter eam legem, quam ipsa orationis natura fecit, de qua hic non est dicendi locus, in principio orationis collocari necesse sit: consentaneum est, in iis verbis, quoniam propter illam ipsam necessitatem loco suo deiici nequeunt, eas praelatas esse formas, per quas incipiendae orationi aptiores redderentur. Est autem primum in hoc genere illud initium, quod simul et metrici numeri et numeri verborum initium est, id est ipsum versus initium. Iam videat mihi aliquis exempla. Iphigeniam in Aulide sic exorsus erat Euripides:

ἐγένοντο Λήδᾳ Θεστιάδι τρεῖς παρθένοι,

qui in nostris libris est v. 49. Idem in Bacchis v. 1288. (1294)

ἐμάνητε, πᾶσά τ' ἐξεβακχεύθη πόλις.

Et in Hercule fur. v. 458.

ἔτεκον μὲν ὑμᾶς, πολεμίοις δ' ἐθρεψάμην
ὕβρισμα, κἀπίχαρμα καὶ διαφθοράν.

Sumamus liberum fuisse tragicis, utrum adiicere augmentum an omittere vellent, aut etiam constanter omittere consuevisse: quis quaeso sibi in animum inducat, Euripidem his in locis *γένοντο* et *μάνητε* et *τέκον* scripturum, ac non potius vel contra morem additurum fuisse augmentum? Sentire enim debuisset, sine augmento debile prorsus et omni nervo destitutum esse istiusmodi exordium. Quod si exstaret in iis, quas habemus, tragoediis aliqua nuncii narratio, quae verbo *καθεζόμην* vel *καθεζόμεσθα* inciperet, mirum ac potius incredibile foret, si id non *ἐκαθεζόμην* vel *ἐκαθεζόμεσθα* scriptum inveniretur, quamquam in eo verbo non solent augmentum usurpare tragici. Minus robustum, sed tamen non carens aliqua vi illud est initium, quod habet apodosis in his Sophoclis in Philoct. v. 542.

Ἀχιλλέως παῖ, τόνδε τὸν ξυνέμπορον,
ὃς ἦν νεὼς σῆς ξὺν δυοῖν ἄλλοιν φύλαξ,
ἐκέλευσ᾽ ἐμοί σε ποῦ κυρῶν εἴης φράσαι.

Quod ita esse, mutata constructio monstrat, *οὗτος* intelligi postulans. Nulla enim vis in verbo esset, si ita cohaereret oratio, *οὗτος ὁ ξυνέμπορος ἐκέλευσ᾽ ἐμοί σε φράσαι.* Tenendum est autem, verbum, quod cum insigniore quadam vi pronunciandum est, non semper loco

primum esse in oratione, etsi potestate initiale est. Quod fit per figuras quasdam, quarum una est inversio, ut hoc in loco. Patet enim, si haec oratione non figurata exprimenda sint, sic dici debere: *ἐκέλευσέ σε ὅδε ὁ ξυνέμπορος, ὃς ἦν νεὼς σῆς φύλαξ, ἐμοὶ φράσαι ποῦ εἴης.* Itaque recte in Sophoclis versu positum est augmentum. Quid est autem, quod librarii, quos in aliquot aliis locis temere omisisse augmentum in versuum initiis defensores eius queruntur, id his quattuor in locis non fecerint? Si, ut opinor, servarunt, quod scriptum in antiquis libris invenerunt, quidni in caeteris locis, quod non invenissent, non scripsisse putabimus? De quinto exemplo, quod ex Plutarcho attulimus, iudicari non potest, nisi repertis, quae praecedebant.

Vt in illis quattuor exemplis necessaria erat, etiam si non usitata fuisset, adiectio augmenti, ita in aliis omissionem eadem ratio commendat. Huius generis luculentissimum, ut mihi videtur, hoc est in Bacchis exemplum vers. 1074. (1080)

> *καὶ ταῦθ' ἅμ' ἠγόρευε, καὶ πρὸς οὐρανὸν*
> *καὶ γαῖαν ἐστήριξε φῶς σεμνοῦ πυρός.*
> *σίγησε δ' αἰθήρ· σῖγα δ' εὔλειμος νάπη*

φύλλ' εἶχε· θηρῶν δ' οὐκ ἂν ἤκουσας βοήν.

Nam si qui est locus, qui omnes sinceritatis notas habeat, verbum ipsa simplicitate gravissimum, confirmatum repetito ex eo *σῖγα*, orationemque, quam mutando non possis non corrumpere, ne mutes autem, munitam non contemnenda auctoritate Christi patientis, est is profecto hic locus. Etenim Vauvillersii ineptum commentum ad Sophoclis Philoct. 574. *ἔστρωτο δ' αἰθήρ*, quis ferat? Quod autem Porsono Elmsleioque in mentem venit, *αἰθὴρ δ' ἐσίγα*, quid aliud quam miremur, viros eruditissimos non cogitasse, aliud esse versus facere, aliud poetam esse. Si erat omnino aliquid mutandum in hoc loco, saltem curari oportebat, ut quam minimum vitium inferretur: cuiusmodi hoc foret: *σιγῇ μὲν αἰθήρ, σῖγα δ' εὔλειμος νάπη φύλλ' εἶχε*, cui defendendo aliquantum doctrinae adhiberi potuerat, ut ostenderetur ad *σιγῇ* ex verbis *φύλλ' εἶχε* solum verbum *εἶχε* intelligendum esse. Simillimus Euripideo Sophoclis locus est in Oed. Col. 1604.

ἐπεὶ δὲ παντὸς εἶχε δρῶντος ἡδονήν,
κοὐκ ἦν ἔτ' ἀργὸν οὐδὲν ὧν ἐφίετο,
κτύπησε μὲν Ζεὺς χθόνιος.

Eadem verbi, ut par est in re gravi, simplicitas; eadem in principio collocandi

necessitas. Nam is profecto invenustissimus foret et maxime adversis Gratiis natus, qui *Ζεὺς χθόνιος ἐκτύπησεν*, aut *Ζεὺς ἐκτύπησε χθόνιος* scribi mallet, eamque putaret emendationem appellari posse. Quam vero Elmsleius viam iniit, ut in praecedente versu, crasin admovendi caussa, *ὧν ἐφίεται* scribi iuberet, ea vereor ne omnium minime probari possit: dicendumque mihi de ea est, quod supra de Philoctetae vers. 571. dicebam, recte animadvertisse Buttmannum, non ubique praesenti pro praeterito locum esse. Haec igitur duo exempla ita videntur comparata esse, ut uterque poeta etiam laudari debeat, quod augmentum abiicere, quam debilitare sententiam maluerit. Idem dictum volo in Aeschylum, cuius iam duo sequantur similes loci. In Persis v. 413. haec leguntur:

ὡς δὲ πλῆθος ἐν στενῷ νεῶν
ἤθροιστ᾽, ἀρωγὴ δ᾽ οὔτις ἀλλήλοις παρῆν,
αὐτοὶ δ᾽ ὑφ᾽ αὑτῶν ἐμβολαῖς χαλκοστόμοις
παίοντ᾽, ἔθραυον πάντα κωπήρη στόλον.

Qui hic oblatum a Porsono *παισθέντ᾽ ἔθραυον* arripiant, cogitent velim, an id potius *παιόμενον* dici debuerit. Quod libri habent, aptam, gravem, masculam orationem praebet. Apodosis enim, quod quosdam latuisse video, verbis *αὐτοὶ δ᾽ ὑφ᾽ αὑτῶν* incipit. Solere autem tragicos, et maxime Aeschylum in re gravi

duo verba sine copula coniungere, non est quod moneam eos, quibus illi recte cogniti sunt. Ea vero duorum verborum consociatione illud efficitur, ut utrumque verbum quamdam insigniorem vim accipiat. Est enim hoc aliud, quam quod supra attigimus, figurae genus, quo verbum, etsi non loco primum, tamen potestate initiale fit. Nam si figuram detrahas, simplex oratio talis est: *αὐτοὶ δ' ὑφ' αὐτῶν τάδε ἔπασχον· ἐπαίοντο, ἔθραυον κώπας.* Simillimus huic alter locus est in eadem fabula v. 504.

φλέγων γὰρ αὐγαῖς λαμπρὸς ἡλίου κύκλος
μέσον πόρον διῆκε θερμαίνων φλογί·
πῖπτον δ' ἐπ' ἀλλήλοισι.

Porsonus *ἔπιτνον δ'.* Eam coniecturam, in qua alios acquiescere video, ego vel propterea probare non possum, quia *ἔπιτνον,* ut *ἔκτυπον* et alia huiusmodi, aoristum, non imperfectum esse puto; sed etiam si imperfectum esset *ἔπιτνον,* ut quibusdam placet, quamquam numerus non posset reprehendi: esset enim in verbo fortiore recte admissus anapaestus: tamen in librorum scriptura et dictio plus dignitatis habet, nec minor in numero gravitas est. Primum enim in describendo illo funestissimo casu verbo opus erat ei rei accommodatissimo, idque collocari in prin-

cipio debebat. Atqui in re gravi gravissimum est illud verbum, quod est omnium maxime simplex. Id hic est verbum *πί-πτειν*. Quod etsi perexiguo discrimine a verbo *πιτνεῖν* differt, tamen illo ut magis commune, ita simplicius, ideoque gravius est. Deinde autem, quod ad numerum attinet, syllaba verbi primaria, quae est ea, in qua significatio verbi inest, quam in verbo gravi erigi voce in pronunciando, si fieri potest, decet, ea quoniam et in *ἔπιτνον* et in *πῖπτον* non est in ictu, in *ἔπιτνον* brevitate sua obscuratur, in *πῖπτον* autem, quia non modo per se longa, sed longior etiam sequente est, tantum abest ut delitescat, ut etiam emineat. Haec igitur si quis ponderaverit, fatebitur, spero, si ipse neget periti poetae esse augmentum omittere, at non peritissimi fuisse, scribere *ἔπιτνον δέ*. Caeterum quae de hoc verbo dicta sunt, ex parte quadrant etiam in illud, quod antea commemoravimus, *παίοντο*. Sed satis de initio orationis in versus initium incidente.

Secundum est illud orationis initium, quod quia non in metrici numeri initium cadit, metricum numerum mutat, quo ille cum verborum numero concordet. Eadem huius quoque generis ratio est, nisi quod ad solam omissionem

augmenti, non etiam ad adiectionem spectat. Quum enim accessio augmenti non aliter aliquam vim addere vocabulo possit, nisi si per eam anapaestus nascatur, anapaestus autem a medio trimetro exclusus sit: non potest in medium versum introduci verbum, quo metri leges pervertantur. Secus est in omissione augmenti: omisso enim neque metrum laeditur, et verbi numerus, si id est eiusmodi, ut accessio augmenti non anapaestum faciat, gravior, incipiendaeque cum vi quadam orationi aptior fit. Huiusmodi exemplum esset illud in Bacchis v. 1126. (1152)

γυμνοῦντο δὲ
πλευραὶ σπαραγμοῖς,

si quae praecedunt, ita essent comparata, ut id tamquam summum aliquid cum insigni quadam vi inferri posset. Id quod secus esse, in adnotatione ad eum locum ostendimus, simulque removimus augmenti omissionem. Sed etiamsi nullum, quod sciamus, exemplum exstat verbi cum singulari quadam vi in medio versu orationem sine augmento incipientis, tamen commemorari hoc genus debuit, ne imperfecta esset disputatio nostra, si non ea quoque, quae possent fieri, attigissemus. Invenitur quidem aliquid huiusmodi in Euripidis Electra v. 1209. ubi Seidlerus ex sua meaque coniectura edidit,

τιθεῖσα γόνιμα μέλεα· τακόμαν δ' ἐγώ, quum in epistola ad Lobeckium p. 438. ἐτακόμαν maluisset. Sed hic versus, in quo quidem librorum scriptura, μέλεα τὰν κόμαν, omissionem augmenti commendat, vel propterea non huc pertinet, quia in carmine antistrophico est, et dialectum lyricam habet.

Dictum est hactenus de fortiore verbo in principio orationis posito. Videndum nunc de iis verbis, quae aut non sunt in orationis principio, aut, si sunt, non cum insigni quadam vocis intentione proferuntur. Ea si sunt in medio versu, nulla inveniri idonea ratio potest abiiciendi augmenti. Magna enim haec poetae imperitia foret, si non verborum apta collocatione aut anapaestum vitare, aut salvum servare augmentum sciret. Primus vero pes quum recipiat anapaestum, de hoc pede moveri aliqua dubitatio potest. Ac primo quidem adspectu, sat scio, nemo non ita existimabit, usos illa venia esse tragicos, et admisisse potius anapaestum, quem augmenti accessio pareret, quam declinasse. Et tamen, si libris fides est, non solum ubi repugnaret metro augmentum, sed etiam ubi, cum anapaesto quidem, salvum esse sineret, detractionem eius praetulerunt. Ne autem temere contemnamus librorum in hoc genere auctoritatem, admonet res

valde memorabilis. Versus, qui ab anapaesto incipiunt, in iis, quas habemus tragoediis, inveniuntur ad trecentos et nonaginta, praeter illos, qui in nomine proprio eum pedem illa in sede habent. Et rarior quidem hic pes est in tragoediis, quae ante Olympiadem LXXXIX. scriptae sunt; multo frequentior autem post illud tempus. Atque Antigona Sophoclis sola est, quae nullum eius exemplum habeat; maxima copia autem in Oreste invenitur, in quo tria sunt et quinquaginta exempla. In illa igitur propemodo quadringentorum versuum multitudine quis non miretur non plus quattuor versibus esse, in quibus augmentum eum pedem faciat? Quod eo minus videtur casu accidisse, quia verborum, quae augmento adiecto ab anapaesto incipiant, infinita est copia. Illa autem quattuor exempla sola eiusmodi sunt, ut ipsa vis verbi adiectionem augmenti requirat: quod secus est in iis locis omnibus, in quibus quum potuerit addito augmento anapaestus effici, non addunt libri augmentum. Enim vero corruptos eos esse clamant viri docti. In quo mihi videntur quodammodo secum ipsi pugnare. Cur enim *ἔκανες*, *ἔθετο*, *ἐκυκλοῦντο*, *ἐτροποῦντο*, *ἐγοᾶτο* scribunt, quoties autem *κάλει*, *κύρει*, *κύνει* et id genus alia in versuum initiis reperiuntur, non *ἐκάλει*, *ἐκύρει*,

ἐκύνει, sed *καλεῖ*, *κυρεῖ*, *κυνεῖ* reponunt? Nempe, inquiunt, quia facilius praesens, quam imperfectum restitui potest. At non ubique. Certe in Oed. R. 1244. facilius *ἔσω 'κάλει*, quam *ἔσω καλεῖ* scripsissent: ut mirari debeamus, quod hic usitatissimam crasin reiecerint, in illo autem: *εἰςίδοι 'βρυχᾶτο*, arripuerint inusitatissimam. Sed ut hoc mittam, omnino isto argumento nihil probant. Nam si librarios anapaesti removendi caussa *κάνες*, *θέτο*, *γοᾶτο* et caetera similiter scripsisse putant: necesse est autem ita putent: consentaneum est, ut eosdem existiment ob eamdem caussam etiam *ἐκάλει*, et quae sunt huius generis alia, augmento truncasse. Quod quum non faciant, sed praesens praeferant, quid aliud quam displicere sibi anapaestum fatentur? In quo videntur ipsi nescientes recte sentire. Sed est haec res ad explicandum perdifficilis, quippe quae ex intimis quasi tragicorum artis penetralibus repeti debeat. De ea quid mihi videatur, exponam.

Quum trimetri tragici gravitas anapaestum, qui evitari posset, excluderet, prima lex ea fuit, ut eum pedem non nisi in nomine proprio, quod id neque mutari, neque declinari liceret, admitterent. In qua re maiorem, ut alibi ostendimus, antiquior tragoedia curam adhibuit, quam quae ab Olympiade LXXXIX.

magis magisque a veteri severitate coepit recedere. Sed quum etiam alia bene multa essent vocabula anapaestum praebentia, quibus nec facile abstineri posset, neque vero uti in medio versu aut iusta cum gravitate, aut sine numeri indecora levitate liceret, primus pes, ut in quo minimum offensionis haberet anapaestus, his vocabulis destinatus est. Et parce quidem huiusmodi vocabula in medio versu posita videmus, ut in Persis v. 405.

θήκας τε προγόνων,

quae verba memoriter afferens Salmasius in Exerc. Plin. p. 850. b. E. graviorem numerum exhibuit,

προγόνων τε θῆκαι.

Crebro autem si in medio versu posita essent, sustulissent gravitatem orationis multitudine brevium syllabarum, atque interdum etiam omnem ei virtutem detraxissent. Vt quod idem poeta in Prometheo scripsit,

ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀῤῥήκτοις πέδαις,

quis laudaret, si hoc modo scriptum legeretur,

σκληραῖσιν ἐν ἀδαμαντίνων δεσμῶν πέδαις,

vel,

σκληραῖσι δεσμῶν ἐν ἀδαμαντίνων πέδαις?

Itaque quum anapaestum sic esse adhibendum iudicarent, ut eo pede non

modo nihil detraheretur de vi et gravitate numeri, sed ea etiam augeretur, primo curarunt ut eum fere in verbo gravi, in quo natura, non positione inesset, usurparent. Nam si positione inest, facile evitari potest. Vbi tamen est ex positione natus, fere habet aliunde aliquam necessitatem, ut in Persis v. 343.

ἑκατὸν δὶς ἦσαν,

et in Agam. 518.

ὕπατός τε χώρας Ζεύς,

quae sola apud Aeschylum huius generis exempla exstant. Apud Sophoclem autem in Oed. Col. 481.

ὕδατος, μελίσσης.

et v. 1160.

ποδαπόν; τί προςχρῄζοντα τῷ θακήματι;

et in Trach. 762.

ἑκατὸν προςῆγε συμμιγῆ βοσκήματα.

Multo saepius apud Euripidem: vide, in ed. Barnes. Orest. 315. 430. 455. 546. 646. 919. 1075. 1383. Phoen. 443. 587. 1701. Alc. 76. Andr. 935. Suppl. 40. 522. Iph. A. 1162. 1200. 1587. Troad. 1183. 1197. Bacch. 455. 695. Hel. 58. 908. 962. Ion. 1285. 1596. Herc. f. 458. 715. 851. Electr. 980. 1028. sed vix usquam, ut non sit necessitate quadam positus, nisi forte in Phoen. 443. ubi pro *δύναμίν τε πλείστην* scribi potuerat *πλείστην τε δύναμιν.* Porro antiqua tragoedia non nisi in integra voce anapaestum

admisit; nam qui ex duabus tribusve vocibus constat, omni gravitate caret, poetaeque arguit magnam negligentiam. Vnum huiusmodi exemplum exstat apud Sophoclem in Philocteta, quae est recentioris formae fabula, v. 795. *τὸν ἴσον*, si quidem alterum Ai. 571. *μέχρις οὗ* vel *μέχρις ἂν* pro corrupto habendum: tertium male intulerat Brunckius in Electrae v. 4. Plura apud Euripidem, in quem numerum tamen neque *ὁ θεός* in Ione v. 1345. qui potest iambus esse, retulerim, neque *πρὸς ἅ γ' εἶπας* in Heraclidis v. 1014. antiqua et nitida fabula, ubi delendum puto *πρός*, quod etiam aliis ita videtur. Sed habet ille *ἐπὶ τῷδε* in Orest. 896. *περὶ τοῦ γὰρ ἄλλου* 1336. *ἐπὶ τοῖςδε* in Phoen. 1246. Alc. 876. *παρ' ἐμοί* in Iphig. Aul. 646. *ἐν ἴσῳ* ibidem v. 1186. *παρὰ σοί* in Bacch. 334. *ἐπὶ δαῖτα* ibidem v. 1245. *ἐπὶ τῷ* in Hel. 1250. *ἐπὶ τοῖσι νῦν θανοῦσι* in Herc. f. 940. *ἐπὶ τοῖςδε* in Elect. 1030. Sunt in hoc genere etiam alia quaedam notatu digna, ut quod in isto anapaesto antiqua tragoedia non habet verbum cum praepositione compositum: nam *ἐπαφῶν* quod est apud Aeschylum, non potest in hunc censum venire. Vt hac in re aliquid casu factum sit, at aliquid etiam factum est consilio: veluti ubi in recentiore tragoedia dictum est *ἀπόλωλα*, antiquam praetulisse credibile

est ὄλωλα. Ex his omnibus hoc videtur colligi posse, indulsisse sibi tragicos anapaestum illum ea lege, si eum non sine iactura ad virtutem orationis evitari liceret.

Iam quid de augmento in hoc genere censebimus? Si carere eo non possunt verba in illo genere dicendi, quo in trimetris utuntur tragici, dubitari non potest, quin anapaestus, quem augmentum pareret, admitti debuerit, ubicumque verbum, quod eum haberet, in principio versus ponendum esset. Sed quum tantummodo in illis quattuor locis, in quibus magna vis in verbo est, additum sit augmentum, in caeteris autem omissum; quumque praeterea alii sint versus, in quorum primo pede augmentum, quod illum pedem non erat praebiturum, abiectum esse reperiatur: ita videtur statuendum esse, omnem augmenti in primo pede usum sola numerosae orationis observatione regi. Ac nihil est in tota hac re, quod ex illo fonte derivari nequeat. Nam quemadmodum in fortiore verbo quem libri vel ex augmento natum anapaestum, vel sine augmento spondeum, vel respuentem augmentum iambum habent, recte et non exigua cum vi usurpatum intelleximus, ita etiam in minus forti verbo augmentum ne tum quidem, quum eius adiectio anapaestum praebi-

tura erat, librariorum temeritate recisum videtur. Nam si licitum erat, augmentum in primo pede abiicere, ubi ea re orationis gravitati ac dignitati consuleretur, anapaestus autem ea tantum lege usurpabatur, ut necessarius esset ad concinnitatem ornatumve dictorum, non poterat ille non in verbo minoris momenti parum aptus existimari. Sed quum tamen etiam augmenti omissio in iis rebus esset, quae non essent temere atque imperite, sed quadam verbi necessitate adhibendae, non in quibusvis verbis, sed in iis dumtaxat abiectum est augmentum, quae addito non possent recte orationi aptari. Itaque primo, sive in fortiore, sive in minus forti verbo, si praesenti locus esset, hoc praetulerunt, *καλεῖ* potius quam *ἐκάλει*, et quae similia sunt, dicentes. Deinde si verbum addito augmento tribrachum faceret, apta collocatione verborum servare potius, quam abiicere augmentum voluerunt. Vt quum Aeschylus scribere posset, *ἔκανες ὃν οὐ χρῆν*, certo non erat scripturus, *κάνες τὸν οὐ χρῆν*. Sed ubi vis quaedam maior in tali verbo esset, etiam anapaestum augmento ortum recepere, ut Euripides: *ἔτεκον μὲν ὑμᾶς*. Eamque ob caussam etiam Aeschylum, si libri *ἔκανες* haberent, scripsisse crederem *ἔκανες τὸν οὐ χρῆν*. Denique si verbum cae-

teroquin aptum, quod non esset voce magnopere erigendum, non posset aliter in principio versus poni, quam aut omisso augmento, aut anapaesto recepto, omittendum esse augmentum censuerunt, cuiusmodi illa sunt, *θώϋξεν* et *κυκλοῦτο*.

Sunt autem talia verba aut in media oratione, aut in initio sententiae. Si sunt in media sententia, nemo non videt, concinniorem esse numeri iambici perpetuitatem, quam interruptionem eius numeri per anapaestum, ut in Persis v. 457.

ἀμφὶ δὲ
κυκλοῦντο πᾶσαν νῆσον,

ubi si *ἐκυκλοῦντο* scribitur, dupliciter laeditur illa concinnitas, per anapaestum, et per hiatum, qui vel librariis videtur offensioni fuisse, quum aliqui eorum *ἀμφὶ δ' ἐκυκλοῦντο* vel mutilo priore versu, vel in augmentum terminato scripserint. Non permultum differt illud in eadem fabula v. 375.

ναυβάτης δ' ἀνὴρ
τροποῦτο κώπην σκαλμὸν ἀμφ' εὐήρετμον.

Ne tamen dissimulare aliquid videar, non praeteribo, recentiorem tragoediam etiam ubi in primi pedis fine vel initio secundi pedis finitur sententia, anapaesto versum incepisse, ut Euripidem Or. 57. 135. 218. 296. 375. 566. 912. 1221. Phoen. 944.

Exemplis omissi ad vitandum anapaestum augmenti adiungam illud Sophoclis *θώϋξεν*, quod etsi accedente augmento non praebet anapaestum, tamen propterea ad hoc genus, de quo disputamus, pertinet, quia verbum non praecipua quadam cum vi pronunciandum in media oratione augmento destitutum est. Verba haec sunt in Oed. Col. v. 1621.

ὡς δὲ πρὸς τέλος
γόων ἀφίκοντ᾽, οὐδ᾽ ἔτ᾽ ὠρώρει βοή,
ἦν μὲν σιωπή· φθέγμα δ᾽ ἐξαίφνης τινὸς
θώϋξεν αὐτόν, ὥςτε πάντας ὀρθίας
στῆσαι φόβῳ δείσαντας ἐξαίφνης τρίχας.
καλεῖ γὰρ αὐτὸν πολλὰ πολλαχῇ θεός·
ὦ οὗτος, οὗτος, Οἰδίπους, τί μέλλομεν
χωρεῖν; πάλαι δὴ τἀπὸ σοῦ βραδύνεται.

Porsonus, *θεῶν ἐθώϋξ᾽·* idque mihi ipsi aliquando persuaderi passus eram. Sed locum hunc accuratius consideranti, coniectura illa ad sonum valde insuavis, ad sensum autem totamque loci rationem importunissima videri debet. Mirifice enim auget horrorem illud infinite dictum, *φθέγμα τινός*, quod quo maiorem vim haberet, illa praemisit poeta, *ἦν μὲν σιωπή*. Iam exspectantibus, quid futurum sit, quum alicuius vocem in illo silentio repente auditam dicit, horrore perfundimur, quod nescimus, quis illam vocem et unde ediderit. Quod si defi-

nitum istud, *θεῶν τινός*, posuisset, multo minus percussisset audientium animos, nedum ut horrorem excitasset. Nam si dei cuiuspiam vocem auditam esse accipimus, non est id magnopere mirum, praesertim apud eos, qui saepissime deos cum hominibus colloqui credunt. Tum demum, ubi moverat poeta quem volebat horrorem, dei fuisse vocem illam dicit, *καλεῖ γὰρ αὐτὸν πολλὰ πολλαχῇ θεός*, quem versum admissa Porsoni coniectura prorsus inutilem esse, recte iudicavit Reisigius. Quod si quis nihilo secius abiectionem augmenti removendam putabit, ei ego quidem auctor sim, ut potius versum excidisse credat, sive illum talem, quo augmentum per crasin absumi potuerit, sive qui verbum continuerit, ex quo *φθέγμα* penderet, ut deinde scribendum sit *θωῢζον αὐτόν*. Id saltem non esset emendando locum corrumpere.

Eadem ratio est verbi non fortioris, in principio sententiae positi. Quod quum est eiusmodi, ut addito augmento anapaestum habeat, iusto maiorem vim per eum pedem acciperet. Quamobrem removeri ab eo augmentum videmus. Sophocles in Oed. R. 1244.

πύλας δ᾽ ὅπως εἰςῆλθ᾽ ἐπιῤῥήξασ᾽ ἔσω
καλεῖ τὸν ἤδη Λάϊον πάλαι νεκρόν,
μνήμην παλαιῶν σπερμάτων ἔχουσ᾽, ὑφ᾽
ὧν

θάνοι μὲν αὐτός, τὴν δὲ τίκτουσαν λίποι
τοῖς οἷσιν αὐτοῦ δύστεκνον παιδουργίαν·
γοᾶτο δ' εὐνάς, ἔνθα δύστηνος διπλοῦς
ἐξ ἀνδρὸς ἄνδρας καὶ τέκν' ἐκ τέκνων
τέκοι.

Nihil sane facilius est, quam augmentum adiicere, si quis nihil aliud, quam eius abiectionem respicit. Sed qui totum locum consideraverit, non poterit non videre, respondere sibi *καλεῖ*, quod in libris *κάλει* scriptum est, et *γοᾶτο*, ita ut recte dici potuerit, *καλεῖ μέν* — *γοᾶτο δέ*, ut in Trachiniis v. 904. *βρυχᾶτο μέν* — *ἔκλαιε δέ*. Atqui ubi aut idem verbum aut eadem notio diversis verbis expressa additis particulis *μέν* et *δέ* repetitur, est quidem aliqua vis in eo verbo eave notione, ubi primum ponitur; unde haberet, qui illud *βρυχᾶτο* sine augmento positum vellet defendere; sed ubi iterum, potior et maior vis est in iis, quae adiuncta sunt. Neque enim verbum aut notio illa sibi ipsa opponitur, sed oppositio est inter adiuncta verba. Ita hic inter Laium et torum coniugalem. Itaque perverteret sententiam, qui in recitando verbum *γοᾶτο*, et non quod sequitur *εὐνάς* fortius pronunciaret. Quare si versus anapaesto inciperet, reposito *ἐγοᾶτο*, vehementior pes vim adderet verbo, quae ab eius officio aliena est. Contra si *γοᾶτο* ab Sophocle scriptum est,

neque verbum maiorem vim habet, quam par est, neque numeri iambici aequabilitas interpellatur. Simillima ratio est loci Euripidis. Is in Bacchis v. 1056. (1062) his verbis utitur:

> λαβὼν γὰρ ἐλάτης οὐράνιον ἄκρον κλάδον,
> κατῆγεν, ἦγεν, ἦγεν εἰς μέλαν πέδον.
> κυκλοῦτο δ', ὥςτε τόξον, ἢ κυρτὸς τροχὸς,
> τόρνῳ γραφόμενος περιφοράν, ἕλκῃ δρόμον.

Nulla vis est in verbo κυκλοῦτο, ut id anapaesto distingui et ad fortiorem pronunciationem extolli debuerit. Adeo enim nihil, quod insigne sit, continet, ut, quum res iam praecedente versu aptissime descripta sit, vel omitti sine sententiae detrimento potuerit. Itaque tantum abest, ut ἐκυκλοῦτο praeferendum putem, ut id mihi propter easdem caussas, propter quas apud Sophoclem ἐγοᾶτο, aliquanto deterius esse videatur. Addere hic deberem, quod eiusdem generis esset, nisi quod locum augmento non concedit, νίψαντο δ' αἷμα in eadem fabula v. 759. (766) sed id pro corrupto habendum esse, aliis argumentis, quam omissione augmenti, ostendisse mihi videor.

Iam hac disputatione absoluta ad Seidleri sententiam revertar, abiectionem

augmenti nunciorum narrationibus propriam existimantis. Etenim nunc demum, quid in ea veri sit, iudicari poterit. Dixi supra, caussas omittendi augmenti debere alias esse, quam quod hoc quiddam praecipuum fuerit illarum narrationum. Quas autem illas caussas esse existimarem, deinde dixi. Sed eae si sunt tales, ut fere in solis his narrationibus locum inveniant, minime inanis illa Seidleri observatio videatur necesse est. Vidimus, ut paucis complectar, omitti augmentum nunc in verbo fortiore, sententiam graviter incipiente, nunc in verbo minus forti, media in sententia, sed initio versus, ne in rei gravis expositione aequabilitas numeri iambici anapaesto turbetur; probari autem anapaestum accessione augmenti natum in gravi et vehementi exordio orationis. Ea vero huiusmodi sunt, ut vix in alios tragoediarum locos, quam in longiores narrationes cadant. Nam etsi verbi, quod augmentum habet, non alius est usus quam ad narrandum, tamen in diverbiis propter ipsam colloquiorum naturam ad aliquid interrogandum, respondendum, commemorandum adhibetur, ut res, si longior sit, in multas partes distrahatur. Vnde non est locus aut gravi exordio totius narrationis, aut partis unius a cohaerentibus cum ea partibus distinctio-

ni, aut perpetuationi aequabili plurium partium. Plane alia haec sunt in narrationibus, quales nunciorum esse solent. Primum enim longa narratio grave debet exordium habere, ut ex ipso initio intelligatur, multa sequutura esse. Deinde in ipso cursu narrationis quum res magna vel quasi ex improviso, vel ita, ut antea eius exspectatio excitata sit, infertur, fortiore et prae caeteris eminente verbo opus est. Denique ubi multa deinceps contexta referuntur, crebrior est verborum in principio versus collocandorum numerisque, prouti sententiae conveniens est, aptandorum necessitas, quam ubi eadem, ut in colloquiis fit, in partes discerpta exponuntur. Atque ad incipiendam quidem cum gravitate quadam orationem facilius adiectione augmenti, quam omissione opus est, quia liberum fere est in principio, quibus verbis uti velis. Tale est illud,

ἐγένοντο Λήδᾳ Θεστιάδι τρεῖς παρθένοι.

Sed si Clytaemnestra prologum egisset, ita, nisi fallor, exorsa esset:

γενόμεσθα Λήδᾳ Θεστιάδι τρεῖς παρθένοι.

Prologi quidem, certe quod ad exordium attinet, eamdem habent rationem, quam narrationes nunciorum: a quibus eo tantum differunt, quod oratio in iis tranquilla et motus expers est, quum nuncii

fere res admirabiles aut tristes ac funestas, quarum audiendarum cupidi sunt spectatores, oratione ad commovendos animos composita exponant. Et graviter incipiendae sententiae saepius etiam extra narrationes locus est: unde illi anapaesti, *ἔτεκον, ἐμάνητε, ἐκέλευσε.* In media vero oratione, quum ad rem magnam aut admirabilem perventum est, non ita liberum est, quo verbo quis uti velit, ut in principio, sed illud adhibendum est, quod quoque in loco aptissimum est et maximam vim habet. Quod quum est eiusmodi, ut addito augmento non possit eum quem debet locum tenere: is est autem plerumque primus pes trimetri, ut in quo aptissime oratio cum vi quadam incipiatur: idonea ea caussa est abiiciendi potius augmenti, quam committendi, ut aliquid de orationis vi ac virtute detrahatur. Eiusmodi illa sunt, *σίγησε δ' αἰθήρ· κτύπησε μὲν Ζεὺς χθόνιος· παίοντ', ἔθραυον· πῖπτον δ' ἐπ' ἀλλήλοισιν.* Denique per rerum deinceps enarrandarum necessitatem fieri potest, ut aliquando etiam ubi non est magna quaedam vis in verbo, tamen, ne aut aliud minus aptum verbum adhiberi necesse sit, aut numeri concinnitas anapaesto turbari debeat, praeferenda sit in initio versus augmenti abiectio. Quae quoniam semper in eo genere dicendi, quo tragici

in trimetris utuntur, aliquam insolentiae speciem habet, consentaneum est, non esse eam temere et ubivis, sed arte quadam ibi tantum admissam, ubi non aut forma verbi mutanda, aut aliquo alio modo removeri posset: cuiusmodi sunt, *ἀμφὶ δὲ κυκλοῦντο· ναυβάτης δ' ἀνὴρ τροποῦτο· φθέγμα δ' ἐξαίφνης τινὸς θωΰξεν· γοᾶτο δ' εὐνάς· κυκλοῦτο δ' ὥςτε τόξον.* Haec qui reputaverit, iam, spero, intelliget, qui factum sit, ut pleraeque omnes augmenti omissiones in nunciorum narrationibus, ut quae fere solae eius rei aliquas opportunitates praebeant, exstare inveniantur.

Iam ergo ut summam huius disputationis in pauca contraham, ita ego, quantum quidem in tanta exemplorum paucitate colligi potest, statuendum existimo, in ipsa natura orationis, ei trimetro quem tragicum vocamus adstrictae, leges quasdam sitas esse, quibus augmenti vel servandi necessitas, vel abiiciendi permissio regatur. Quae leges quum id commune habeant, ut ea debeat verbi forma eligi, quae numerum praebeat, qui sit ad sententiam verborum accommodatissimus: si particulatim considerantur, hasce continent regulas.

Prima est: verbum fortius, in quo augmenti accessio anapaestum facit, in

principio versus positum, addi augmentum postulat:

ἐγένοντο Λήδᾳ Θεστιάδι τρεῖς παρθένοι.

Secunda: verbum fortius, in quo augmenti accessio non facit anapaestum, in principio versus positum, carere potest augmento:

σίγησε δ' αἰθήρ·
κτύπησε μὲν Ζεὺς χθόνιος·
παίοντ', ἔθραυον·
πῖπτον δ' ἐπ' ἀλλήλοισιν.

Tertia: eiusdemmodi verbum, si incipit sententiam, videtur etiam in medio versu carere augmento posse: quale foret illud, ea, qua supra dictum est, conditione:

γυμνοῦντο δὲ
πλευραὶ σπαραγμοῖς.

Quarta: verbum minus forte, sive facit augmenti accessio anapaestum, sive non facit, in principio versus positum, si ultra primum pedem porrigitur, caret augmento: *γοᾶτο· θώϋξεν.*

Quinta: eiusdemmodi verbum si non ultra primum pedem porrigitur, ut detracto augmento parum numerosum, aut vitatur, ut *κάνες*, aut cum alia forma commutatur, ut *κάλει* cum *καλεῖ.*

Sed satis. Plura enim de hac re disputavi, quam fortasse debebam, praesertim quum non sim nescius, fore nonnullos, quibus haec non persuadeam,

iis praesertim, qui quod regulas sine exceptionibus, rem sane percommodam, amant, non adducuntur, ut etiam indulsisse sibi poetas aliquid credant. At enim Graeci poetae non minus, quam qui hodie carmina scribunt, sensum suum ducem habuere, quamquam illum satis severum, neque, ut hodierni, artis expertem. Illo sensu ut ipsi imbuamur, allaborandum est nobis, si recte de veterum scriptis poetarum iudicare volumus. Consequimur id autem multa lectione, quum eos eo fine legimus, quo ipsi scripserunt, ut delectarent lectorem. Quod quum ex iis, qui in arte critica studium suum posuerunt, multi negligant, non est mirum, si monitore illo carentes, ex poetis, regularum prouti Musa inspiravit conditoribus, servos regularum ludimagistros faciunt. Quamquam id non volo sic dictum esse, ut falli istum sensum posse negem. Immo, si forte mihi ipsi, ut errarem, in hac de augmento disputatione accidit, haud gravate mutabo sententiam, ubi exempla omissi augmenti omnia ita remota videro, ea ut emendata esse corrigendo, non depravata intelligam.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΒΑΚΧΑΙ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΒΑΚΧΩΝ.

Διόνυσον οἱ προςήκοντες οὐκ ἔφασαν εἶναι θεόν. ὁ δὲ αὐτοῖς τιμωρίαν ἐπέστησε τὴν πρέπουσαν. ἐμμανεῖς γὰρ ἐποίησε τὰς τῶν Θηβαίων γυναῖκας. ὧν αἱ τοῦ Κάδμου θυγατέρες ἀφηγούμεναι, τοὺς θιάσους εἰςῆγον ἐπὶ τὸν Κιθαιρῶνα. Πενθεὺς δὲ ὁ τῆς Ἀγαυῆς παῖς, παραλαβὼν τὴν βασιλείαν, ἐδυςφόρει τοῖς γινομένοις. καὶ τινὰς μὲν τῶν Βακχῶν συλλαβὼν ἔδησεν, ἐπ' αὐτὸν δὲ τὸν θεὸν καὶ τὰς ἄλλας[1]) *ἀπέστειλεν. οἱ δὲ ἑκόντος αὐτοῦ κυριεύσαντες, ἦγον πρὸς τὸν Πενθέα. κἀκεῖνος ἐκέλευσε δήσαντας αὐτὸν ἔνδον φυλάττειν, οὐ λέγων μόνον ὅτι θεὸς οὐκ ἔστι Διόνυσος, ἀλλὰ καὶ πράττειν πάντα ὡς κατ' ἀνθρώπου τολμῶν*[2]). *ὁ δὲ σεισμὸν ποιήσας, κατέστρεψε τὰ βασίλεια. ἀγαγὼν δὲ εἰς Κιθαιρῶνα, ἔπεισε τὸν Πενθέα κατόπτην γενέσθαι τῶν γυναικῶν, λαμβάνοντα γυναικὸς ἐσθῆτα.*

---

1) Hoc argumentum primum ab Elmsleio editum est e cod. Pal. Is codex habet, *τὸν θεὸν ἄλλως ἀπέστειλεν*. Id correxi. Elmsleius pro *ἄλλως* dedit *ἀγγέλους*.

2) Sic emendavi. Codex, *πράττειν πάντα, ὡς κατ' ἄνθρωπον τολμῶν.*

αἱ δ' αὐτὸν διέσπασαν, τῆς μητρὸς Ἀγαυῆς καταρξαμένης. Κάδμος δὲ τὸ γεγονὸς καταισθόμενος, τὰ διασπασθέντα μέλη συναγαγών, τελευταῖον τὸ πρόσωπον ἐν ταῖς τῆς τεκούσης ἐφώρασε χερσίν. Διόνυσος δὲ ἐπιφανείς, τὰ [3]*) μὲν πᾶσι παρήγγειλεν, ἑκάστῳ δὲ ἃ συμβήσεται διεσάφησεν, ἵνα μὴ ἔργοις ἢ λόγοις ὑπό τινος τὸν ἐκτότε ὡς ἄνθρωπος καταφρονηθῇ* [4]*).*

ἌΛΛΩΣ. ἈΡΙΣΤΟΦΑ͂ΝΟΥΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ

Διόνυσος ἀποθεωθεὶς, μὴ βουλομένου Πενθέως τὰ ὄργια αὐτοῦ ἀναλαμβάνειν, εἰς μανίαν ἀγαγὼν τὰς τῆς μητρὸς ἀδελφάς, ἠνάγκασε Πενθέα διασπάσαι. ἡ μυθοποιΐα κεῖται παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Πενθεῖ.

ΕΚ ΤΗΣ ἈΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ.

Διόνυσος διελθὼν Θρᾴκην καὶ τὴν Ἰνδικὴν ἅπασαν, στήλας ἐκεῖ στήσας, ἧκεν εἰς

---

3) Addidi *τά* ex Elmsleii coniectura.

4) Codex, *διεσάφησεν ἔργοις, ἵνα μὴ λόγοις ὑπό τινος τῶν ἐκτὸς ὡς ἄνθρωπος καταφρονηθῇ.* Scripsi, *διεσάφησεν ἔργοις ἢ λόγοις*, ex Elmsleii sententia, et *τὸν ἐκτότε*, scilicet *χρόνον*, quia *οἱ ἐκτὸς* hic inepte commemorarentur.

Θήβας, καὶ τὰς γυναῖκας ἠνάγκασε καταλιπούσας τὰς οἰκίας βακχεύειν ἐν τῷ Κιθαιρῶνι. Πενθεὺς δὲ γεννηθεὶς ἐξ Ἀγαυῆς Ἐχίονι, παρὰ Κάδμου εἰληφὼς τὴν βασιλείαν διεκώλυε ταῦτα γίνεσθαι καὶ παραγενόμενος εἰς Κιθαιρῶνα τῶν Βακχῶν κατάσκοπος, ὑπὸ τῆς μητρὸς Ἀγαυῆς κατὰ μανίαν ἐμελίσθη. ἐνόμισε γὰρ αὐτὸν θηρίον εἶναι. δείξας δὲ Θηβαίοις ὅτι θεός ἐστιν, ἧκεν εἰς Ἄργος. κἀκεῖ πάλιν οὐ τιμώντων αὐτόν, ἐξέμηνε τὰς γυναῖκας. αἱ δὲ ἐν τοῖς ὄρεσι τοὺς ἐπιμαστιδίους ἔχουσαι παῖδας, τὰς σάρκας αὐτῶν ἐσιτοῦντο.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
ΧΟΡΟΣ ΒΑΚΧΩΝ.
ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.
ΚΑΔΜΟΣ.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
ΘΕΡΑΠΩΝ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΕΤΕΡΟΣ ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΑΓΑΥΗ.

Προλογίζει ὁ Διόνυσος.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΒΑΚΧΑΙ.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

Ἥκω Διὸς παῖς τήνδε Θηβαίαν χθόνα
Διόνυσος, ὃν τίκτει ποθ' ἡ Κάδμου κόρη,
Σεμέλη, λοχευθεῖσ' ἀστραπηφόρῳ πυρί.
μορφὴν δ' ἀμείψας ἐκ θεοῦ βροτησίαν,
πάρειμι Δίρκης νάμαθ', Ἰσμηνοῦ θ' ὕδωρ.
ὁρῶ δὲ μητρὸς μνῆμα τῆς κεραυνίας
τόδ' ἐγγὺς οἴκων, καὶ δόμων ἐρείπια,
τυφόμενα Δίου πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα,

---

1. Pro Θηβαίων χθόνα dedi Θηβαίαν χθόνα e scholiasta Hephaestionis, et aliquot libris Prisciani, quem Baccharum Elmsleii editor Lipsiensis citavit. Inclinabat in hanc scripturam etiam Elmsleius, quod Euripides libentius hoc, quam alterum dixisse videatur. Nimirum Θηβαία χθὼν simpliciter nominandae regioni inservit. Θηβαίων χθὼν autem cum oppositione quadam dicitur aliorum, quam Thebanorum. Hinc facile, ubi hoc, ubi illud adhiberi debeat, indicari potest.

8. Libri Δίου τε πυρός. Recte Barnesius omisit particulam τέ, quae tantum abest, ut, quemadmodum Elmsleius putat, necessaria sit ad sententiam, ut eam reddat ambiguam: quod contra, si omittitur, abest ambiguitas. Nam si servatur, ad φλόγα referendum est ὁρῶ. Atqui non flammam

ἀθάνατον Ἥρας, μητέρ' εἰς ἐμὴν, ὕβριν.
αἰνῶ δὲ Κάδμον, ἄβατον ὃς πέδον τόδε
τίθησι, θυγατρὸς σηκόν. ἀμπέλου δέ νιν
πέριξ ἐγὼ 'κάλυψα βοτρυώδει χλόῃ.
λιπὼν δὲ Λυδῶν τοὺς πολυχρύσους γύας,

---

ardentem videt Bacchus, sed fumum, testem ignis nondum penitus exstincti. Ac possunt quidem verba ita accipi, ut, quum fumum significare velit, flammam se adhuc vigentem videre dicat: sed est hoc tamen ambigue dictum. Deleta vero particula, *δόμων ἐρείπια* dicentur *τυφόμενα Διὸς πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα*, *fumare vivam adhuc caelestis ignis flammam.* Non dubium est autem, quin recte *τύφεσθαι* cum accusativo eius rei construi possit, quam prodit fumus. Nam *τύφειν φλόγα* is dicitur, qui excitat ignem; *τύφεσθαι* autem, quod est *subdito igne fumare*, si additum habet *φλόγα*, necessario significabit *prodere subditum ignem fumando.* Conficit rem Plutarchi in Solone p. 79 A. testimonium, quem apertum esse puto ita scripsisse: *ἀλλὰ παρίεμεν ἐκεῖνα τὰ δίκαια, καὶ παρεφύλαξε τυφόμενα Διὸς πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα τὴν ἐρωτικὴν ἀνίμην καὶ χάριν.* Nam quod apud eum scriptum legitur *τυφομένην ἀδροῦ πυρὸς*, nihil est nisi *ΤΥΦΟΜΕΝΑΔΙΟΥΠΥΡΟΣ*, ubi quum librarius litteram *Ι* pro *Ρ* accepisset, participio adiecit quam deesse putabat terminationem *ην*. Nonnus, in Penthei fabula diligens imitator Euripidis, a cuius interpretibus mirum quam fuerit neglectus, XLIV, 127. *καὶ θάλαμον Σεμέλης χλοερῷ σκιόωσα κορύμβῳ, νυμφιδίου σπινθῆρος ἔτι πνείοντα κεραυνοῦ, αὐτοφυὴς ἐμέθυσσεν ἕλιξ εὐώδεϊ καρπῷ:* quae apparet ex Baccharum v. 6—12. expressa esse.

13. Libri et Strabo p. 27. D. et 681. B. (T. I. p. 73. et T. VI. p. 10.) *τάς*, quod ex Elmsleii senten-

Φρυγῶν τε, Περσῶν θ' ἡλιοβλήτους πλάκας,
Βάκτριά τε τείχη, τήν τε δύσχειμον χθόνα
Μήδων ἐπελθών, Ἀραβίαν τ' εὐδαίμονα,
Ἀσίαν τε πᾶσαν, ἣ παρ' ἁλμυρὰν ἅλα
κεῖται, μιγάσιν Ἕλλησι βαρβάροις θ' ὁμοῦ
πλήρεις ἔχουσα καλλιπυργώτους πόλεις,
εἰς τήνδε πρῶτον ἦλθον Ἑλλήνων πόλιν,

---

tia in τοὺς mutavi. Sed idem quum τῶν πολυχρύσων scribendum coniiceret, quod Lydi potius, quam eorum campi divites appellandi fuerint, non cogitavit, auriferum amnem Pactolum respici.

14. Si Bacchus hic vellet accurate distinguere loca ea, in quibus educatus esset, ab iis, per quae deinde in Graeciam venisset, ferri posset, quod Elmsleius coniecit, *Περσῶν δ' ἡλιοβλήτους πλάκας*. At ea re exilis fieret narratio, quoniam nulla caussa est, quare talis distinctio adhibeatur. Itaque longe praestat, quam libri et Euripidis et Strabonis habent, particula *τέ*, qua omnia simpliciter connectuntur. Nam participium *ἐπελθών* eo tantum fine positum videtur, ut plenior fieret oratio: quare non ad Persas et Bactrianos, sed ad Medos tantum et Arabiam atque Asiam referendum est. Poterat enim plane abesse.

20. Versuum ordinem, quem et libri habent, et habuisse videtur scriptor Christi patientis. Brunckius atque Elmsleius ex Piersoni sententia ita mutarunt, ut v. 20. post v. 22 collocarent. Boeckhius in libro, quem scripsit de tragicis Graecis, p. 310. seq. versum 25. ex prima recensione adscriptum putat, quo eiecto, servatoque versuum ordine vulgato, scribendum coniicit, *κἀκεῖ 'χόρευσα, καὶ καταστήσας*, et quae sequuntur. In-

κἀκεῖ χορεύσας, καὶ καταστήσας ἐμὰς
τελετάς, ἵν' εἴην ἐμφανὴς δαίμων βροτοῖς.

---

geniosa haec est, sed tamen parum probabilis coniectura, primo, quod tota illa duplicis recensionis suspicio tam debilibus fulta est argumentis, ut accuratius considerata evanescat; deinde, quod non recte dictum foret *ἐκεῖ*, quod esse deberet *ἐνταῦθα*. Illud ipsum vero *κἀκεῖ* caussa fuisse videtur, cur vulgatus ordo versuum displiceret. Nam qui id esse putant *hic quoque*, sane non habent, quid aoristis *χορεύσας καὶ καταστήσας* faciant, qui sic esse futura deberent, *χορεύσων καὶ καταστήσων*. Quae si quis restituenda putet ex eo, quod scriptor Christi patientis futura, quibus ipse opus habebat, *χορεύσεις* et *καταστήσεις* posuerit, vereor ne ea parum idonea ratio sit. Recte vero in vulgato ordine versuum procedit oratio, si modo memineris, *κἀκεῖ* significare *illic quoque*, et referendum esse ad Asiae regiones, quas enumeravit. Dicit autem *κἀκεῖ* propterea, ut, quid hic Thebis faciat, intelligatur. Nam si Thebas venit, in illis quoque regionibus introducto sacrorum suorum cultu, quid aliud, quam idem eum hic facere apparet? Quum autem narrasset, se Thebas primum venisse, nunc, cur primum hanc urbem petierit, demonstrat. Id parum apta oratione fieri, si haec continuantur, *εἰς τήνδε πρῶτον ἦλθον Ἑλλήνων πόλιν· πρώτας δὲ Θήβας τῆσδε γῆς Ἑλληνίδος ἀνωλόλυξα*, recte vidit Boeckhius. Id vitium abest a vulgata lectione, quae, ut paucis complectar, hanc sententiam praebet: peragratis multis Asiae regionibus, nunc primum ad hanc Graecorum urbem accessi, illic quoque sacris meis introductis. Primum autem hanc Graeciae urbem Bacchico furore replevi, quod matris meae sorores me deum esse negarunt.

πρώτας δὲ Θήβας τῆσδε γῆς Ἑλληνίδος
ἀνωλόλυξα, νεβρίδ' ἐξάψας χροός,
θύρσον τε δοὺς εἰς χεῖρα, κίσσινον βέλος,
ἐπεί μ' ἀδελφαὶ μητρός, ἃς ἥκιστ' ἐχρῆν,
Διόνυσον οὐκ ἔφασκον ἐκφῦναι Διός,
Σεμέλην δὲ νυμφευθεῖσαν ἐκ θνητοῦ τινός,
εἰς Ζῆν' ἀναφέρειν τὴν ἁμαρτίαν λέχους,
Κάδμου σοφίσμαθ', ὧν νιν οὕνεκα κτανεῖν
Ζῆν' ἐξεκαυχῶνθ', ὅτι γάμους ἐψεύσατο.
τοιγάρ νιν αὐτὰς ἐκ δόμων οἴστρησ' ἐγὼ
μανίαις· ὄρος δ' οἰκοῦσι παράκοποι φρενῶν·
σκευήν τ' ἔχειν ἠνάγκασ' ὀργίων ἐμῶν·
καὶ πᾶν τὸ θῆλυ σπέρμα Καδμείων, ὅσαι
γυναῖκες ἦσαν, ἐξέμηνα δωμάτων.
ὁμοῦ δὲ Κάδμου παισὶν ἀναμεμιγμέναι,
χλωραῖς ὑπ' ἐλάταις, ἀνορόφοις ἧνται πέτραις.
δεῖ γὰρ πόλιν τήνδ' ἐκμαθεῖν, κεἰ μὴ θέλει,

---

32. Quod Porsono atque Elmsleio placuit *ᾤστρησα*, non ita facile adducor, ut ab Euripide scriptum putem. Nulla est lingua, cuius regulae non exceptiones admittant: sed grammaticorum est, quidquid aliquo modo possint, regulis adstringere. Graeci in verbis valde usitatis, quae ab *οι* diphthongo incipiunt, usurpavisse augmentum videntur, in iis autem, quae minus essent usu trita, abstinuisse eo. Deterius etiam *ηὗρον* esse puto, quod ab Elmsleio v. 123. aliisque locis introductum, ne in prosa quidem oratione satis communitum est.

39. Valde impedita est, quam Elmsleius putat horum verborum constructionem esse. Nec quisquam erit, opinor, quin primo statim adspectu usitatam hic structuram praeferat, *δεῖ πόλιν τήνδ'*

ἀτέλεστον οὖσαν τῶν ἐμῶν βακχευμάτων,
Σεμέλης τε μητρὸς ἀπολογήσασθαί μ' ὕπερ,
φανέντα θνητοῖς δαίμον', ὃν τίκτει Διί.
Κάδμος μὲν οὖν γέρας τε καὶ τυραννίδα
Πενθεῖ δίδωσι, θυγατρὸς ἐκπεφυκότι,
ὃς θεομαχεῖ τὰ κατ' ἐμὲ, καὶ σπονδῶν ἄπο
ὠθεῖ μ', ἐν εὐχαῖς τ' οὐδαμοῦ μνείαν ἔχει.
ὧν οὕνεκ' αὐτῷ θεὸς γεγὼς ἐνδείξομαι,
πᾶσίν τε Θηβαίοισιν. εἰς δ' ἄλλην χθόνα,
τἀνθένδε θέμενος εὖ, μεταστήσω πόδα,
δεικνὺς ἐμαυτόν. ἢν δὲ Θηβαίων πόλις
ὀργῇ σὺν ὅπλοις ἐξ ὄρους Βάκχας ἄγειν
ζητῇ, συνάψω Μαινάσι στρατηλατῶν.
ὧν οὕνεκ' εἶδος θνητὸν ἀλλάξας ἐγώ,

ἐκμαθεῖν ἀτέλεστον οὖσαν, i. e. ἐκμαθεῖν ὅτι ἀτέλεστός ἐστί. Quod ait Elmsleius, optime scivisse Thebanos, se Bacchi sacris initiatos non esse, est illud quidem verum, sed non habet eam vim, ut falsam esse illam explicationem arguat. Immo confirmat eam. Nam minitabundus hoc dicit Bacchus: *oportet hanc urbem intelligere, se non esse sacris meis initiatam:* i. e. oportet eam suo cum malo cognoscere, quid hoc sit, spernere sacra mea.

52. Non opus post συνάψω distingui, quum etiam συνάψω Μαινάσι *exercitu Maenadum conseram pugnam*, conjungi possit. Bacchas in praecedente versu Thebanas mulieres dici, apertum: Maenadum nomen hic non de his solis, sed de omni et Thebanarum et ex Asia adductarum mulierum grege intelligendum puto.

53. e. Libri, ὧν οὕνεκ' εἶδος θνητὸν ἀλλάξας ἔχω, μορφήν τ' ἐμὴν μετέβαλον εἰς ἀνδρὸς φύσιν. Multa

μορφὴν ἐμὴν μετέβαλον εἰς ἀνδρὸς φύσιν.
ἀλλ' ὦ λιποῦσαι Τμῶλον, ἔρυμα Λυδίας,
θίασος ἐμὸς γυναῖκες, ἃς ἐκ βαρβάρων
ἐκόμισα παρέδρους καὶ ξυνεμπόρους ἐμοί,
αἴρεσθε τἀπιχώρι' ἐν πόλει Φρυγῶν
τύμπανα, Ῥέας τε μητρὸς ἐμά θ' εὑρήματα,
βασίλειά τ' ἀμφὶ δώματ' ἐλθοῦσαι τάδε
κτυπεῖτε Πενθέως, ὡς ὁρᾷ Κάδμου πόλις.
ἐγὼ δὲ Βάκχαις, εἰς Κιθαιρῶνος πτυχὰς
ἐλθὼν, ἵν' εἰσί, συμμετασχήσω χορῶν.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α'.

Ἀσίας ἀπὸ γαίας

---

abundantius dicere solent tragici, sed talis tautologia, quae non modo rem ipsam bis dicat, sed bis etiam eodem modo composita oratione, nimis putida videtur, quam ut admissam ab Euripide credas. Quare correxi. Nam ἐγὼ quum semel in ἔχω mutatum esset, fieri non potuit, quin etiam τέ adderetur.

61. Negavit Elmsleius, initium huius carminis esse antistrophicum, quod ego contendi in Elem. D. M. p. 498. putatque proodum esse, qualis illa sit apud Aeschylum in Prom. 568. At illo quidem exemplo abstinere debebat. Nam de proodis quis dubitat? Illud vero ostendi debebat, in parodo tragicos simul et proodum et epodum fecisse. Id autem non videtur demonstrari posse. Praeterea tam manifesta hic sunt antistropharum vestigia, ut mirum sit, dubitari de ea re potuisse. Si paucis aliquibus emendationibus opus est, id quum omnino, tum in tam corrupta fabula non potest quemquam morari. In ipsis etiam metris non pauca video Elmsleio parum certa

ἱερὸν Τμῶλον ἀμείψασα, θοάζω
Βρομίῳ πόνον ἡδὺν,

---

videri, quae tamen certissima sunt. Ipse non ferret, si quis in trimetro iambico aliquid, quod inusitatum esset aut pravum, admitteret. Videlicet, quia notum est hoc metrum. At alia multa sunt metra, quae non minus nota essent, si satis ad ea attendissent critici: nec pauci hodie quoque sunt, quibus ne trimetros quidem satis notos esse apparet. Quorum ut nulla est auctoritas, quum admittunt in his, quod ferri non potest, ita ne illis quidem obtemperandum, qui idem aliis in metris, sibi parum cognitis, faciunt. Libri hic, Ἀσίας ἀπὸ γᾶς. Quod Elmsleius iungit, Ἀσίας ἀπὸ γᾶς θοάζω Βρομίῳ, πόνον autem et quae sequuntur, per appositionem addita putat, non assentior. Repugnat enim res ipsa. Nam non ex Asia huc properare se chorus dicit: iam venerat enim, nec profecto festinanter, quippe ubique locorum institutis sacris suis: sed hoc dicere debet, nunc se Bacchum celebrare gestire. Itaque sic verba construenda sunt: Ἀσίας ἀπὸ γαίας, ἱερὸν Τμῶλον ἀμείψασα, θοάζω Βρομίῳ πόνον. Hic ἡδὺς πόνος est saltatio Bacchica. Verbum θοάζω cum accusativo constructum egregie explicuit Erfurdtius ad Sophoclis Oed R. init. ed. min. ne hoc quidem loco praetermisso.

66. Si in antistrophico versu genuinum est ἐξοσιούσθω, videndum an βρομίῳ ortum sit ex βρομιωτ, quum neglexisset aliquis librarius supra scriptam terminationem ην vel ις. Bacchi quidem nomine hic non opus est: et eleganter diceretur βρομιώτην πόνον, nec male θοάζω βρομιῶτις. Non habeo tamen antiquiorem, quam scriptorem Cynegeticorum, qui IV. 340. dicit, πίδακι δ' ἐμπέλασαν Βρομιώτιδι, et v. 300. ipsas Bacchas ita vocat: πάσαις δ' ἐστάλαον Βρομιώτισι δάκρυ παρειαί.

κάματόν τ' εὐκάματον, Βάκ-
χιον ἀζομένα θεόν.
ἀντιστροφὴ α'.
τίς ὁδῷ; τίς ὁδῷ; τίς
μελάθροις; ἔκτοπος ἔστω, στόμα τ' εὔφη-
μον ἅπας ὁσιούσθω.

---

68. Dedi *ἀζομένα* pro *εὐαζομένα*, quod verbum vix alibi reperias media forma usurpatum. Aut haec vera est emendatio, aut antistrophicus corrigendus. Illud memoratu dignum, cod. Pal. et a prima manu Laur. omittere *θεόν*. Vterque codex *τὸν* omittit, quod Aldina habet ante *Βάκχιον*. Aldinae in carminibus melicis aliquanto minor est, quam cod. Palatini auctoritas. Facile enim, qui eius editionis scripturas consideret, manum deprehendet metrorum correctoris. Et haec quidem, quae v. 61—73. continentur, ita disposita habet, ut appareat, anapaestos visos esse illi metrico hos versus. Propterea et articulum addidit ante *Βάκχιον*, et in primo versu habet *γᾶς*, quod in Palatino fortasse errori librarii tribuendum est. Nam etsi hic codex a metricis illis correctionibus purus videtur, tamen non ubique meliores, quam Aldina, scripturas habet. Ita quod omittit *θεόν*, etiam si quis haec non esse antistrophica censeat, tamen vix erit, qui eam vocem in principio carminis, ubi maxime dici debebat deum esse, quem celebraret chorus, abesse velit.

69. Miror haesisse viros doctos in loco facili et plano. Neque probare possum coniecturas Elmsleii, quarum illam, quam in adnotationibus posuit, *τίς ὁδῷ; τίς ὁδῷ; τίς;* plane alienam ab huius loci natura esse video: quod autem in textu, deleto *τίς*, positum *μελάθροις ἔκτοπος ἔστω*, ita interpretatur, *ἐκ τῆς ὁδοῦ ἔκτοπος ἔστω ἐν τοῖς μελάθροις*, non alienum tantum, sed etiam ambi-

τὰ νομισθέντα γὰρ εὐοῖ
Διόνυσον ὑμνήσω.

---

gnum est. Potest enim *et esto in aedibus* et *abesto aedibus* significare. Certissimum est, verum esse, quod a me positum confirmavit cod. Pal. nisi quod nunc ista pronomina gravi accentu scripsi. Chorus, favere linguis Thebanos iubens, et eos appellat, qui in via sint, et illos, qui sint in aedibus. Id sic facit, ut dicat: *ecquis in via? ecquis in aedibus?* Deinde utrosque monet, eos, qui in via sint, ἔκτοπος ἔστω dicens; eos autem, qui intus sint in domibus suis, quos non opus est cedere iuberi, certe linguis ut faveant, hortatur: sed quoniam hoc etiam ad illos, qui extra domos ei obvii sunt, pertinet, addit ἅπας, quo hos quoque comprehendat. Ex quo apparet, sensum loci hunc esse: *sive quis in via, sive quis intus apud se est, cedat nobis qui in via est, omnes autem linguis faveant.*

71. Metrum requirit ὁσιούσθω, quod est in Aldina, si nihil in strophico versu turbatum est. Cod. Pal. ἐξοσιούσθω, in quod coniectura inciderat aliquando Erfurdtius, choriambicos esse hos versus ratus, magno errore. Neque dissimulandum, ἐξοσιούσθω, quod apud Hesychium est, videri posse ex h. l. adnotatum esse. Nisi fallor, hoc compositum verbum minus poeticum est, quam simplex, ὁσιούσθω.

72. Praeclara est atque haud dubie vera Iacobsii coniectura εὐοῖ pro αἰεί, quod in libris est. Id ipsum est τὸ νομισθέν, εὐοῖ clamari. *Αἰεί* quidem neque cum τὰ νομισθέντα, neque cum ὑμνήσω apte coniungi potest.

73. Verbum ὑμνήσω de numero verborum, in quibus correptio ante duas consonantes admittitur, eximendum dicenti Elmsleio ego non aliter

στροφὴ β'.
ὦ μάκαρ, ὅστις εὐδαί-
μων, τελετὰς θεῶν εἰ-
δὼς, βιοτὰν ἁγιστεύει,
καὶ θιασεύεται ψυ-

---

credam, quam ubi demonstratum videro, neque Aeschylum *ὑμνῳδεῖ*, neque Epicharmum diserte ob eam rem ab Hephaestione commemoratum, *εὔυμνος* syllaba ante litteras *μν* correpta dixisse. Litteram *μ* valde liquidam fuisse apud Graecos, multis indiciis cognoscitur. Sic *ἀμπλακεῖν* et *ἀπλακεῖν* dixere; sic ex *ἁμαρτεῖν* ortum est *ἀβροτάξομεν*. Et, nisi fallor, intelligemus aliquando, et *νύμφη* et *κράμβη* potuisse priore syllaba correpta dici. Vide Elem. D. Metr. p. 47. seq. et ad Sophoclis Antig. 1115. In Euripidis versu aptior clausula est ex anapaesto et Ionico, quam ex duobus Ionicis, quos librorum scriptura in strophico versu praebet. Hos tamen si quis recte se habere contenderit, is *ὑμνήσω* pro interpretatione debebit alius verbi habere, ut *κελαδήσω*. Nam quod Elmsleius putat, esse hunc versum talem, qualem mox, *τελετὰς θεῶν εἰδὼς*, et alios, quos vulgo illud carmen exhibet, propter duas caussas falsum puto, quia non sunt illi tales versus, et quia, si sint, nullo modo hoc metrum convenit carmini, quod totum Ionicum est.

74. Metra versuum 74 — 79. ut ab Elmsleio partim ex Aldina disposita sunt, quum propter ingratos et asperos numeros suspecta sunt, tum eo, quod in tertia stropha, quae iisdem metris incipit, aliam eorum distinctionem veram esse dubitari non potest: ibique recte recessit ab Aldina Elmsleius. Pertinent hi versus ad familiam Glyconeorum, suntque omnes catalectici, praeter tertium et sextum, qui sunt Glyconei spondeo terminati.

γάν, ἐν ὄρεσσι βακχεύ-
ων, ὁσίοις καθαρμοῖσιν·
τά τε ματρὸς μεγάλας ὄρ-
για Κυβέλας θεμιτεύων,
ἄνα θυρσόν τε τινάσσων,
κάτα κισσῷ στεφανωθείς,
Διόνυσον θεραπεύει.
ἴτε Βάκχαι, ἴτε Βάκχαι,
Βρόμιον παῖδα θεὸν θεοῦ
Διόνυσον κατάγουσαι
Φρυγίων ἐξ ὀρέων Ἑλ-
λάδος εἰς εὐρυχόρους ἀγυιάς,
τὸν Βρόμιον.

ἀντιστροφὴ β΄.

ὅν ποτ᾽, ἔχουσ᾽ ἐν ὠδί-
νων λοχίαις ἀνάγκαι-
σι πταμένας Διὸς βροντᾶς,
νηδύος ἔκβολον μά-
τηρ ἔτεκεν, λιποῦσ᾽ αἰῶ-
να κεραυνίῳ πλαγᾷ.

---

79. Libri *ὁσίοισι καθαρμοῖσι*, sed Aldina *ὁσίοισι καθαρμοῖς*. Non displiceret *ὁσίοις καθαρμοῖς*.

85. Libri *κισσῷ τε στεφανωθείς*. Strabo X. p. 469. (T. IV. p. 180.) omittit copulam, recte. Restitui particulam *κάτα*, quae ante *κισσῷ* quum *κτ* scripta esset, exciderat. *Καταστεφανοῦν* rarius verbum, nec tamen inusitatum.

91. Non debebat Elmsleius numeros introducere, qui ab natura huius carminis valde alieni sunt. Recte in Aldina ultimus strophae atque antistrophae versus uno choriambo constat, praecedente versu anaclasi Ionica terminato.

95. Vulgo *κεραυνίῳ πλαγᾷ*. Cod. Pal. *κεραυ-*

λοχίοις δ' αὐτίκα νιν δέ-
ξατο θαλάμοις Κρονίδας Ζεύς.
κατὰ μηρῷ δὲ καλύψας,
χρυσέαισιν συνερείδει
περόναις κρυπτὸν ἀφ' Ἥρας.
ἔτεκεν δ', ἁνίκα Μοῖραι
τέλεσαν ταυρόκερων θεόν,
στεφάνωσέν τε δρακόντων
στεφάνοις, ἔνθεν ἄγραν θυρ-
σοφόροι Μαινάδες ἀμφιβάλλον-
ται πλοκάμοις.

στροφὴ γ'.

ὦ Σεμέλας τροφοὶ Θῆ-
βαι, στεφανοῦσθε κισσῷ,
βρύετε, βρύετε χλοήρει
σμίλακι καλλικάρπῳ,
καὶ καταβακχιοῦσθε δρυὸς
ἢ ἐλάτας κλάδοισι·

νιαπληγᾶ. Nescio an scripserit Euripides *κεραυνοπλῆγα*. Vide ad v. 79. Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 102, 29. *Καταχωλέ. Ἀλκαῖος Γανυμήδει. σκώπτων γὰρ Ἥφαιστον ὁ Ζεὺς φησι· καταχωλὲ θᾶσσον, ἢ κεραυνοπλὴξ ἔσῃ.*

105. Esset sane quod quis haereret in verbo *ἄγραν*, si id hic subiectum, quod logici vocant, esset. At est praedicatum. Nam ex praecedente *δρακόντων* intelligendum *δράκοντας*. *Unde*, inquit, *eos captos Maenades crinibus innectunt.*

110. Quum *χλοηρὸς* nullam nisi a Christo patiente auctoritatem habere videatur, *χλοήρης* autem quum aliorum similium vocabulorum comparatione, tum Sophocleo *κισσήρης* defendi

στικτῶν τ' ἐνδυτὰ νεβρίδων
στέφετε λευκοτρίχων πλοκάμων

---

possit, non dubitavi praeferre χλοήρει codicum fide, non nisi in accentu errantium. Μίλακι, quod in Palatino libro est, rectum esse pronunciavit Elmsleius, motus fortasse iis, quae Schweighaeuserus ad Athenaei lib. V. p. 101. seq. dixit. Mihi recte videtur Schneiderus in lexico Gr. cum Salmasio sentire, qui in Exercitat. Plin. pag. 733. s. et in Hyle Iatr. p. 9. negat has formas ita a Graecis distinctas esse, ut σμίλαξ taxum, μίλαξ convolvulum significaret. Vide etiam Moserum ad Nonn. XII. 87. p. 108. Vt plurimum, formae quae plenius sonant, antiquiores et minus vulgares esse solent. Hac analogia σμίλακι servandum duxi.

115. Non injuria queritur Elmsleius, quod nemo docuerit, quid sit νεβρίδας ἐρίοις στέφειν. Nisi fallor, pelles iubet conseri in pectore fascia lanea. Nam στέφειν proprie est *constipare, compingere, conserere:* a quo etiam Latini serta dicunt. Ita apud Aeschylum Sept. ad Th. 49. μνημεῖά θ' αὑτῶν τοῖς τεκοῦσιν ἐς δόμους πρὸς ἅρμ' Ἀδράστου χερσὶν ἔστεφον. Euripides Hel. 1376. κισσῷ τε στεφθεῖσα χλόα νάρθηκας εἰς ἱερούς· ubi etsi κισσοῦ corrigunt, tamen etiam dativus videtur ferri posse, ut frondes intelligantur hedera consertae ferulisque alligatae. Etsi autem in operibus caelatis picturisque Baccharum fere pelles istas suis ipsarum quibusdam prominentibus partibus consertas videmus, tamen eo credibilius est, etiam fascias ad eum usum adhibitas esse, quod has etiam in thyrsis κωνοφόροις videmus, de quibus videndus Barkerus in Diar. class. fasc. XXIV. p. 407. veluti in opere caelato, quod Welckerus explicuit in libro, cui titulus, *Zeitschrift fur Geschichte und Auslegung der alten Kunst*, vol. I p. 500. seqq. His fasciis an suis ipsarum

μαλλοῖς· ἀμφὶ δὲ νάρθηκας ὑβρι-
στὰς ὁσιοῦσθ᾿. αὐτίκα γᾶ
πᾶσα χορεύσει.

---

partibus colligatas pelles intelligere debeamus in his v. 695. *νεβρίδας τ᾿ ἀνεστείλανθ᾿ ὅσαισιν ἁμμάτων σύνδεσμ᾿ ἐλέλυτο*, nemo diiudicet, sed ibidem tertius quidam modus conserendarum pellium commemoratur, quum pro fasciis ex lana serpentibus uierentur. Apud Nonnum XIV. 360. descriptum fuisse nodum aliquem, quo pelles consertae fuerint, coniicias ex illo versu, ante quem aliquid excidisse non observatum a novissimo editore: *δαιδαλέης ἐλάφοιο περισφίγξασα χιτῶνα.*

116. *Νάρθηκας ὑβριστάς* recte interpretari puto Elmsleium sic, ut ita dicantur, quod qui gestent ferulas, *ὑβρισταὶ* sint. Haesisse videtur in eo epitheto Schneiderus in lex. Gr. v. *Θύρσος*, ubi multa de thyrso et ferula congesta sunt. Schneiderus pariter ac Musgravius ad Baccharum v. 705. quum afferrent Lucianum in Baccho 1. T. III. p. 75, 13. quem quidem locum recte intellexit Musgravius, neglexerunt, quae ibidem cap. 4. dixit Lucianus p. 78, 81.

117. Quod Matthiae dedit, *αὐτίκα γᾶ πᾶσα χορεύσει Βρόμιον, ὅστις ἄγει*, ita probare videtur Elmsleius, ut, quoniam in codd. est *Βρόμιος ὅτ᾿ ἄγῃ*, scribendam putet *ὁπότ᾿ ἂν ἄγῃ* vel *εὖτ᾿ ἂν ἄγῃ*. At ubi numeri mutantur, et alia pars strophae incipit, ibi convenientius est, etiam novae orationis initium esse. Et ita est in antistropha. Itaque quum recte post *χορεύσει* interpungatur, *Βρόμιος*, quod libri habent, servandum erit, iungendumque cum sequentibus, idque tanto magis, quod etiam sententia multo fortior est, si dicit: Bromius est, qui choros ducit. Propter has caussas servavi Aldinae scripturam.

Βρόμιος, ὅστις ἄγει θιάσους
εἰς ὄρος, εἰς ὄρος, ἔνθα μένει
θηλυγενὴς ὄχλος,
ἀφ' ἱστῶν, παρὰ κερκίδων τ'
οἰστρηθεὶς Διονύσῳ.

ἀντιστροφὴ γ'.

ὦ θαλάμευμα Κουρή-
των, ζάθεοί τε Κρήτας
Διογενέτορες ἔναυλοι,
ἔνθα τρικόρυθες ἄντροις
βυρσότονον κύκλωμα τόδε
μοι Κορύβαντες εὗρον·
ἀνὰ δὲ Βακχάδι συντόνῳ

---

130. Nego hunc locum ita ab Euripide scriptum esse, aut potuisse scribi, ut eum Matthiae atque Elmsleius constituerunt: *ἀνὰ δὲ βάκχια συντόνῳ κέρασαν ἡδυβόᾳ Φρυγίων αὐλῶν πνεύματι.* Primum enim quid est *ἀνὰ βάκχια?* *Βακχεῖα* Graecis dicuntur, quae Latinis Bacchanalia, ut Plutarcho in compar. Demetrii et Antonii T. V. p. 254. ed. Reisk. Sed *Βάκχια* quis umquam ita dixit? Rara omnino haec forma est, ubi non de ipso Baccho aut vino usurpatur, sed ut adiectivum additur nominibus. Invenitur apud Simonidem epigr. 70, 5. Anthol. Iacobs. sive 76. Anal. Brunck. apud Sophoclem Trach. 704. apud Euripidem Phoen. 604. (664. Pors.) apud Aristophanem Eccles. 14. Verum qui *Βάκχια* aut *τὰ Βάκχια* dixerit, id ut Bacchica sacra significaret, novi neminem. Esto tamen, ut id potuerit dici: at hoc loco non potuit. Sententiam enim absurdam reddit. Vide enim, quid illa interpretatione admissa dicat chorus. *In Creta*, inquit, *Corybantes invenerunt tympanum*, *idque in sacris Bacchicis Phrygia tibia temperatum dederunt Rheae*,

a qua acceptum Satyri sacris Bacchi adhibuerunt. Hanc vero? Num Satyri ab Rhea accipere tympana et in sacra Bacchica inferre potuerunt, si ea iam usitata in his sacris erant, priusquam illi ea acceperant ab Rhea? Repugnant haec: nec tantum repugnant, sed continent etiam, quod plane falsum est. Neque enim Corybantes tympana Bacchi sacris invenerunt, ac tum dederunt Rheae, sed Rheae gratia fabricati sunt, quo ne Saturnus vagitum Iovis audiret. Quod si ex his consequitur, non potuisse Euripidem *ἀνὰ δὲ Βάκχια* scribere, quid aliud censebimus? Libri Euripidis *Βακχεῖα*, apud Strabonem autem p. 470. (T. IV. p. 182.) *Βακχείῳ*, ad sensum bene, modo memineris tibiam non propterea ita dici, quod propria Bacchi sit, sed quod Bacchicum quid et multae concitationis plenum sonet. Nec dubitandum videtur, quin id ipsum dicere poeta voluerit, *ἀνὰ* particula a verbo *κέρασαν* per tmesin disiuncta. Ac putet quis forsitan, metro consuli, si recepta illa scriptura legatur, *Βακχείῳ δ' ἀνὰ συντόνῳ κέρασαν ἡδυβόᾳ Φρυγίων αὐλῶν πνεύματι.* At vero *ἀνὰ δὲ* in principio orationis tam bonum, tam elegans, tam genuino simile, ut temerarius sit, qui hoc quidem mutare audeat. Aliud, quod in mentem alicui venire possit, hoc est. Quum quod sequitur, *συντόνῳ*, etsi contentum, acrem, vehementem significare potest, quae frequentissima est significatio huius vocabuli, tamen apud Euripidem potius de concinente et concordante dici videatur: nam ubi hac voce utitur, aut aperte sic intelligenda est, ut quum *σύντονα ἕλκετε* dicit in Hippolyto v. 1361. et *σύντονα τοῖς σοῖς γράμμασιν αὐδῶ* in Iph. Aul. 118. aut potest certe ita intelligi, ut quod in Bacchis dicit v. 1085. *συντόνοις δρομήμασιν*: quum igitur concordantem ea vox significet, coniiciat forsitan aliquis, *ἀνὰ δὲ σύντονα Βακχίῳ κέρασαν ἡδυβόᾳ Φρυγίων αὐλῶν πνεύματι*, i. e. *concordantes consociarunt.* At ne hoc quidem placere potest,

quum propter mutatum ordinem verborum, qui etiam apud Strabonem idem qui in Euripidis libris est, tum propter imperite factam tmesin, si sequitur vocabulum, cum quo, qui haec recitari audiat, facilius, quam cum verbo *κέρασαν* praepositionem construat. Quae quum ita sint, alio modo corrigere hunc locum ausus sum. Ac sensus quidem, nisi egregie fallor, hic esse debet: *temperarunt tympana concordante Bacchico Phrygiarum tibiarum spiritu.* Igitur quum dactylus esse secundus pes debeat, a vulgata scriptura *βακχεία*, quae dativo casu in antiquis codicibus scribi solet *βακχείαι*, pene nihil differt *Βακχίδι* vel *Βακχάδι*: cuiusmodi adiectivorum formas etiam nominibus neutrius generis consociari, quum alii docuerunt, tum Lobeckius ad Aiac. v. 323. Harum formarum nemo non hic *Βακχάδι* alteri *Βακχίδι* praeferat. Nam *Βακχὶς* potius feminam comitem Bacchi, quam qui Bacchico furore plenus sit, significare videtur: quae significatio magis convenit huic formae, *Βακχάς*. At utriusque pene oblitterata memoria est. H. Stephanus quidem in v. *Βάκχος* affert *Βακχίς*, ut quo Aristoteles et Plutarchus usi sint. Apud Aristotelem ubi legatur, nescio, nec facile credam recte legi, quum in Plutarchi certe loco, quem spectasse videtur Stephanus, de orac. Pythiae p. 399. A. non *Βακχίδες*, sed *Βακίδες* legendum esse, pridem animadversum sit. At certa huic vocabulo auctoritas ab Sophocle est in Antig. 1129. Legitur etiam, sed a Musuro positum, apud Hesychium v. *Θυιάς*, ubi Hesychius scripserat *Βάκχη*. Non minus a plerisque lexicographis neglectum *Βακχιάς*, quo non semel usus est Nonnus, ut XLIV. 228. XLV. 146. 207. *Βακχὰς* quo exemplo firmem, non habeo. Nec mirum, quum etiam *Βακχὶς* tam rarum sit. Sed raritas in huiusmodi vocibus, quas poetae pro praesenti necessitate fingunt, non minuit fidem. Et convenit hoc quidem analogiae, quum

κέρασαν ἡδυβόᾳ Φρυγίων
αὐλῶν πνεύματι, ματρός τε Ῥέας
εἰς χέρα θῆκαν, κτύπον εὐ-
άσμασι Βακχᾶν,
παρὰ δὲ μαινόμενοι Σάτυροι
ματέρος ἐξανύσαντο Ῥέας,
εἰς δὲ χορεύματα
συνῆψαν τριετηρίδων,
αἷς χαίρει Διόνυσος.

---

etiam *βακχᾶν* dixerit Aeschylus in Sept. ad Theb. 501. quod non est adnotatum in nova editione Stephani: ut etiam *βακχάζειν* et *βακχασμός* non videantur temere damnanda esse. Quin, nisi egregie fallor, iterum adiectivo *Βακχάς* usus est Euripides infra v. 629.

151. Recte libri Euripidis *ἡδυβόᾳ*, quod non debebat ex corrupta apud Strabonem scriptura in *ἁδυβόᾳ* mutari, quo Dorismo propter duplex *α* in hac voce non usus est Euripides. Harum rerum subtile iudicium est, quod sensim sensimque usu comparatur.

156. Recepi ex Strabonis libris *Ῥέας*. Nam quod in Euripidis libris scriptum est, *ματέρος ἐξανύσαντο θεᾶς*, certam indicaret matrem cuiuspiam, quae dea esset. At nemo est, cuius mater hic quidem Rhea dicatur.

158. Apud Strabonem legitur *προσῆψαν*, et *οἷς* pro *αἷς*. Hoc posterius dubitat Elmsleius an praeferendum sit. Mihi magis placet *αἷς*, ut quo efficiatur, ne *τριετηρίδων* supervacaneum sit. *ξυνῆψαν* autem, quod Elmsleius in margine posuit, scribi non potest, quia sic ultima praecedentis versus syllaba longa fieret, quam brevem esse debere strophicus versus indicat.

ἐπῳδός.
ἡδύς, ἐν οὔρεσιν, ὅς τ' ἂν
ἐκ θιάσων δρομαίων
πέσῃ πεδόσε, νεβρίδος ἔχων

---

140. Vulgo, ἡδὺς ἐν ὄρεσιν, ὅταν. Miror quid sit, cur, quum codd. οὔρεσιν praebeant, Elmsleius in incerto metro, ut versus hic a duobus paeonibus incipiat, ὄρεσσιν scribi velit. Ante omnia enim de sensu loci videndum est, quem fatetur ipse non ex omni parte perspicuum esse. Est autem non solum non perspicuus, sed etiam perversus, si legitur, ut vulgo, ἡδὺς ἐν ὄρεσιν, ὅταν ἐκ θιάσων δρομαίων πέσῃ πεδόσε. Nam sive de Baccho, sive de aliis haec dicuntur, hoc significabunt: *libenter est in montibus, quum in aequore campi venatur.* Id est autem, aut placere eum sibi in montibus, quum venatur in planitie; aut velle in montibus esse, dum in planitie venatur. Si prius, qui potest diversis in locis simul esse? sin alterum, cur, si montes praefert, in campis moratur? Haec igitur repugnantia ante omnia tolli debet. Ac primo, non esse de Baccho sermonem, ostendit, quod paullo post scriptum est, ὁ δ' ἔξαρχος Βρόμιος εὐοῖ. Non enim, si de ipso dicebatur, ipse sibi opponi potest: ne commemorem, epodum nova atque integra sententia debere incipere. Sunt illa ergo universe dicta de his, qui colunt et sectantur Bacchum: quorum felicem sortem praedicans chorus hoc dicere debet, bene iis in montibus, bene etiam in campis esse. Ex quo patet, una littera addita scribendum fuisse ὅς τ' ἄν. Hoc facto autem iam apparet, verissimam esse codicum scripturam, οὔρεσιν, ut qua versus dactylicus, qui aptissime cum sequentibus numeris concordat, restituatur. Simul autem illa emendatione orationi consulitur, indicato, de quo lo-

ἱερὸν ἐνδυτόν, ἀγρεύων
αἷμα τραγοκτόνον, ὠμοφάγον χάριν,
ἱέμενος εἰς ὄρεα Φρύγια, Λύδια.
ὁ δ' ἔξαρχος, Βρόμιος, εὐοῖ.
ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσᾶν
νέκταρι, Συρίας δ' ὡς λιβάνου καπνός.
ὁ Βακχεὺς δ' ἔχων
πυρσώδη φλόγα πεύκας
ἐκ νάρθηκος, ἀΐσσει
δρόμῳ, χοροὺς ἐρεθίζων πλανάτας,

---

quatur chorus, quod aliter prorsus incertum foret, sensu verborum ex omni parte laborante. Est autem pronomen, ut copula indicat, semel positum, quum proprie bis poni debuerit: *ἡδύς, ὃς ἐν οὔρεσιν, ὅς τ' ἂν πέσῃ πεδόσε. Laetitiae plenus est, in montes, quique ex velocibus thiasis in campos sese contulerit.*

145. Non puto hiatus vitandi caussa *Λύδιά θ'* scribendum esse. Apertum est enim in pronunciando pausam fiere debere post *Λύδια*, quum numeri huius versus non possint cum sequentibus numeris continuari. Haec pausa facile admittit hiatum, non etiam elisionem, quae hic abiectio potius syllabae, quam elisio foret, vehementerque et recitantem conturbaret et audientem. Versus ex duobus paeonibus et dochmio constat.

146. Horum verborum hic sensus est: *ὁ δέ, ὁ Βρόμιος, ἐξάρχεται τοῦ εὐοῖ λέγειν.* Est autem hic versus dimeter antispasticus, quem interiecto versu heroico sequitur alius ex antispasto et dochmio.

152. Libri, commate post *ἀΐσσει* posito, *δρόμῳ καὶ χοροῖς*, nisi quod cod. Paris. *τοῖς χοροῖς*, unde Brunckius *τοὺς χοροὺς* fecit, bene quod ad

ἰαχαῖς τ' ἀναπάλλων,
τρυφερὸν πλόκαμον εἰς αἰθέρα ῥίπτων.
ἅμα δ' ἐπ' εὐάσμασιν ἐπιβρέμει
τοιάδ'· ὦ ἴτε Βάκχαι,
ὦ ἴτε Βάκχαι,
Τμώλου χρυσορόου χλιδά,
μέλπετε τὸν Διόνυσον
βαρυβρόμων ὑπὸ τυμπάνων,
εὔια τὸν εὔιον ἀγαλλόμεναι θεὸν
ἐν Φρυγίαισι βοαῖς ἐνοπαῖσί τε,
λωτὸς ὅταν εὐκέλαδος ἱερὸς ἱερὰ

---

accusativum attinet, pessime quod ad articulum. Et χορούς legendum esse, ut res ipsa, ita etiam cod. Pal. monstrat, in quo ι in χοροῖς punctis infra scriptis notatum. Ego non dubitavi καί delere, quod intulerant librarii, quum δρόμῳ et χοροῖς putarent copula iungi debere. Tum autem interpunxi post δρόμῳ. Πλανάτας, pro quo Elmsleius malebat πλάνατας sive πλάνητας, recte se habet, quia melius convenit metro ultima syllaba longa, numero ex Ionico in Bacchium imminuto.

154. Πλόκον eam ipsam ob caussam, ob quam voluerunt ita scribi, non est admittendum. Alienus enim hic foret dimeter anapaesticus. Nec vero quidquam in metro huius versus reprehendi potest, nisi qui illos putabit vitiosos versus esse, qui non possint aliquo noto et usitato nomine appellari.

155. Hic versus ex dochmio et Cretico primam solutam habente compositus est.

158. χρυσορόου sane est a χρυσορόας, sed certissimum est non scripsisse Euripidem, ut Elmsleius edidit, χρυσορόα, propterea quia statim sequitur χλιδά. At, inquis, eadem ratio est in

παίγματα βρέμῃ σύνοχα φοιτάσιν εἰς ὄρος.

---

verbis *Τμῶλον χρυσορόον.* Minime vero. Nam hic alterum *ον* in basi delitescit, altero tantum habente gravem ictum. Quodsi hunc versum, quod in Glyconeo licitum est, ita refingas,

χλιδᾷ χρυσορόου Τμώλου,

senties iam duplex *ον* in ictu molestum esse. Itaque hoc quidem verborum ordine praeferendum foret

χλιδᾷ χρυσορόα Τμώλου.

161. Libri sine interpunctione iungunt: *σύνοχα φοιτάσιν εἰς ὄρος, εἰς ὄρος.* Quod ad sensum attinet, eodem redit, utrum *φοιτάσιν εἰς ὄρος*, ut Portus volebat, an *εἰς ὄρος κῶλον ἄγει* iungantur. Non dubito tamen quin vera sit Porti sententia, primo, quia verisimilius est, Euripidem *δ' ἄρα*, ut potuerint hae voces post aliquot verba poni, tamen de more post primum verbum posuisse, quum nihil esset, quod aliam collocationem exigeret; deinde autem, id quod non exigui puto momenti esse, numerorum caussa. Nam quum ultima pars epodi numeris procedat valde aequabilibus, vehementer eam aequabilitatem turbaret versus mutilus:

παίγματα βρέμῃ σύνοχα φοιτάσιν,

quem oportebat ex duobus paeonibus totidemque dactylis esse, quales hi sunt:

εὔια τὸν εὔιον ἀγαλλόμεναι θεόν,
λωτὸς ὅταν εὐκέλαδος ἱερὸς ἱερά.

Quare *φοιτάσιν εἰς ὄρος* dedi, deleto altero *εἰς ὄρος*, quod ab librario, cui geminatum *εἰς ὄρος* ex v. 1 o. in mente esset, profectum puto. Neque enim recte faceret, qui hic illud alterum *εἰς ὄρος* sequenti versui adiiceret, illius autem ultimam vocem *φορβάδι* in postremum versum transferret, quo is fieret hexameter heroicus. Nam ita non solum interpunctiones male cum nume-

ἡδομένα δ' ἄρα, πῶλος ὅπως ἅμα ματέρι φορβάδι,
κῶλον ἄγει ταχύπουν σκιρτήμασι Βάκχα.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ

Τίς ἐν πύλαισι Κάδμον ἐκκαλεῖ δόμων,
Ἀγήνορος παῖδ', ὃς πόλιν Σιδωνίαν
λιπὼν, ἐπύργωσ' ἄστυ Θηβαίων τόδε;
ἴτω τις, εἰςάγγελλε, Τειρεσίας ὅτι
ζητεῖ νιν. οἶδε δ' αὐτὸς ὧν ἥκω πέρι,
ἅ τε ξυνεθέμην πρέσβυς ὢν γεραιτέρῳ,
θύρσους ἀνάπτειν, καὶ νεβρῶν δορὰς ἔχειν,
στεφανοῦν τε κρᾶτα κισσίνοις βλαστήμασιν.

ΚΑΔΜΟΣ.

Ὦ φίλταθ', ὡς σὴν γῆρυν ἠσθόμην κλύων,
σοφὴν σοφοῦ παρ' ἀνδρός, ἐν δόμοισιν ὤν.
ἥκω δ' ἕτοιμος, τήνδ' ἔχων σκευὴν θεοῦ.
δεῖ γάρ νιν ὄντα παῖδα θυγατρὸς ἐξ ἐμῆς

---

ris congruerent, sed etiam in penultimo versu primarii ictus non in eas, in quas debent, caderent syllabas.

167. Hanc totam scenam imitatus est Nonnus XLV. 56. seqq.

175. Assentior Elmsleio, *ἠσθόμην* non esse corrigendum censenti: sed valde durum mihi videtur, quod eidem viro docto placet, *ὡς* pro *ἐπεὶ* dictum esse, verba *ἥκω δ' ἕτοιμος* autem illorum apodosin esse. Non opus est, ut illo confugiamus. *Ὡς* est *nam: o carissime: agnovi enim vocem tuam.* Rationem reddit, cur carissimum appellaverit Tiresiam, priusquam viderit. Dicit enim haec, dum aperiuntur fores.

178. Quum Elmsleius *παῖδα παιδὸς*, quod tragicis nepotem significare et hic et ad v. 1321. docet, pro *παῖδα θυγατρὸς* scribi mavult, mihi ille ipse usus tragicorum indicare videtur, cur

Διόνυσον, ὃς πέφηνεν ἀνθρώποις θεός,
ὅσον καθ' ἡμᾶς δυνατὸν, αὔξεσθαι μέγαν.
ποῖ δεῖ χορεύειν; ποῖ καθιστάναι πόδα,
καὶ κρᾶτα σεῖσαι πολιόν; ἐξηγοῦ σύ μοι,
γέρων γέροντι, Τειρεσία. σὺ γὰρ σοφός.
ὡς οὐ κάμοιμ' ἂν οὔτε νύκτ' οὔθ' ἡμέραν
θύρσῳ κροτῶν γῆν. ἐπιλελήσμεθ' ἡδέως
γέροντες ὄντες.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ταὐτά μοι πάσχεις ἄρα.
κἀγὼ γὰρ ἡβῶ, κἀπιχειρήσω χοροῖς.

ΚΑΔΜΟΣ.

οὐκ οὖν ὄχοισιν εἰς ὄρος περάσομεν;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἂν ὁ θεὸς τιμὴν ἔχοι.

θυγατρὸς hic scripserit Euripides. Quoniam enim nepotem significat παῖς παιδός, parum decora deo diceret, si diceret: *oportet me nepotem meum Bacchum ornare.* Quare declinans tam familiarem appellationem ita dicit: *oportet me ornare Bacchum, ut ex filia mea prognatum*

189. Elmsleius ex coniectura edidit, ἀλλ' οὐχ ὁμοίαν ὁ θεὸς ἂν τιμὴν ἔχοι. At primum ὁμοίως plane non opus erat mutari, quum τιμὴν ἔχειν idem sit quod τιμᾶσθαι. Quod autem ἂν in librorum scriptura sub ictum cadit, facile sentiat necesse est, qui aures in hac re consulat, multo deteriorem esse tribrachum, in quo ἂν ictum habens vocem ex pluribus syllabis praecedat, quam ubi monosyllabon sequatur. Nec denique si saepe ὁ θεὸς ita in versu positum videmus ut articulus ictum habeat, argumento id esse potest, non recte collocari ea verba alio ictu in loco alio. Atqui ubi ὁ θεὸς cum ictu

ΚΑΔΜΟΣ.

γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ᾽ ἐγώ.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ὁ θεὸς ἀμοχθεὶ κεῖσε νῷν ἡγήσεται.

ΚΑΔΜΟΣ.

μόνοι δὲ πόλεως Βακχίῳ χορεύσομεν;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

μόνοι γὰρ εὖ φρονοῦμεν. οἱ δ᾽ ἄλλοι κακῶς.

ΚΑΔΜΟΣ.

μακρὸν τὸ μέλλειν. ἀλλ᾽ ἐμῆς ἔχου χερός.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἰδοὺ ξύναπτε, καὶ ξυνωρίζου χέρα.

ΚΑΔΜΟΣ.

οὐ καταφρονῶ ᾽γὼ τῶν θεῶν θνητὸς γεγώς.

---

in articulo dicitur, non est ulla vis in his verbis: e. c. v. 203. et 330. quos affert Elmsleius. Hic vero cum oppositione dictum ὁ θεός, quia hoc vult, si carpento vehantur, sibi quidem id commodius, deo autem non ita honorificum fore, ita poni debebat, ut non articulus, sed nomen θεὸς ictum haberet.

191. Libri *ἀμοχθεί*, quod servandum duxi. Elmsleius cur *ἀμοχθὶ* scripserit, intelligemus, quum adnotationes eius ad Oedipum Coloneum, ubi de ea re dicturus est, prodierint. Aliis usurum argumentis spero, quam quibus usus est Blomfieldius ad Aeschyli Prom. 216. cui quidam nunc, ut re confecta, obsequuntur. Nam in Blomfieldii disputatione sunt, quae, ut mihi videtur, falsa esse demonstrari possit. Meliorem viam ingressus est Sturzius in Diar. class. fasc. LI. p. 158 seqq. *Νῷν* Elmsleius tacite in *νῦν* mutavit, quod mihi languidum videtur.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

οὐδὲν σοφιζόμεσθα τοῖσι δαίμοσιν.
πατρίους παραδοχάς, ἅς θ' ὁμήλικας χρόνῳ
κεκτήμεθ', οὐδεὶς αὐτὰ καταβαλεῖ λόγος,
οὐδ' εἰ δι' ἄκρων τὸ σοφὸν εὕρηται φρενῶν.
ἐρεῖ τις, ὡς τὸ γῆρας οὐκ αἰσχύνομαι,
μέλλων χορεύειν, κρᾶτα κισσώσας ἐμόν.
οὐ γὰρ διῄρηχ' ὁ θεός, εἴτε τὸν νέον

---

197. Sensum esse puto: *nihil argutamur cum diis.* i. e. non disputamus cum diis, tamquam qui plus illis sapere nobis videamur.

199. Nulla caussa est, cur *λόγος* mutetur in *λόγοις.* Quae a patribus, inquit, accepimus, quaeque nata nobiscum habemus, nulla ratio evertet, ne si per summam quidem mentis sollertiam parta sit sapientia.

200. Libri *εὕρηται.* Elmsleius edidit *ηὕρηται,* formam non usitatam. Brunckius, qui coniunctivum hic requiri sentiebat, erravit, quum *εἰ* mutavit in *ἤν.* Neque vero *εἰ εὕρηται* indicativo perfecti dictum hic aptum est, ut in re incerta. Itaque aut *τὶς* intelligendum, aut *εὕρηται* perfecto passivo, sed modi coniunctivi habendum, de quo nimis a criticis neglecto genere coniunctivorum videndus Buttmannus in uberiore grammat. Graec. volum. I. pag. 411. *Ἢν* hic usurpari non potuit, quia non respicitur id, quod experientia comprobatum iri significatur; indicativus ferri non potest, quia non sumitur, quod factum sit, aut non factum, sed quod possit fieri. De *εἰ* et *ἐπεὶ* coniunctivo iunctis, alibi explicatius dicetur. Interea vide, quae adnotavi in Erfurdtii ed. minore Antigonae ad v. 706. et 1012.

205. Non puto opus esse, ut, quod Elmsleio placet, ante hunc versum intelligamus *κακῶς*

ἐχρῆν χορεύειν, εἴτε τὸν γεραίτερον,
ἀλλ' ἐξ ἁπάντων βούλεται τιμὰς ἔχειν
κοινάς, δι' ἀριθμῶν δ' οὐδὲν αὔξεσθαι θέλει.

ΚΑΔΜΟΣ.

ἐπεὶ σὺ φέγγος, Τειρεσία, τόδ' οὐχ ὁρᾷς,
ἐγὼ προφήτης σοι λόγων γενήσομαι.
Πενθεὺς πρὸς οἴκους ὅδε διὰ σπουδῆς περᾷ,
Ἐχίονος παῖς, ᾧ κράτος δίδωμι γῆς.
ὡς ἐπτόηται. τί ποτ' ἐρεῖ νεώτερον;

ΠΕΝΘΕΥΣ.

Ἔκδημος ὢν μὲν τῆσδ' ἐτύγχανον χθονός,
κλύω δὲ νεοχμὰ τήνδ' ἀνὰ πτόλιν κακά·
γυναῖκας ἡμῖν δώματ' ἐκλελοιπέναι
πλασταῖσι βακχείαισιν· ἐν δὲ δασκίοις
ὄρεσι θοάζειν, τὸν νεωστὶ δαίμονα
Διόνυσον, ὅστις ἐστί, τιμώσας χοροῖς·
πλήρεις δὲ θιάσοις ἐν μέσοισιν ἑστάναι
κρατῆρας· ἄλλην δ' ἄλλοσ' εἰς ἐρημίαν
πτώσσουσαν, εὐναῖς ἀρσένων ὑπηρετεῖν·
πρόφασιν μέν, ὡς δὴ Μαινάδας θυοσκόους,
τὴν δ' Ἀφροδίτην πρόσθ' ἄγειν τοῦ Βακχίου.
ὅσας μὲν οὖν εἴληφα, δεσμίους χέρας

φρονῶν, sed, ut consueverunt Graeci voculas, quibus quis aiat vel neget, omittere, ita satis est hic quoque factum putare. *Dicet quis*, inquit, *me nescire, quid senectuti debeam, qui hedera coronatus saltaturus sim. Minime vero. Non enim distinxit deus, utrum iuvenes an senes saltare debeant, sed vult coli ab omnibus.*

212. Hanc orationem imitatus est Nonnus XLV. 60 seqq.

σώζουσι πανδήμοισι πρόσπολοι στέγαις.
ὅσαι δ' ἄπεισιν, ἐξ ὄρους θηράσομαι,
Ἰνώ τ', Ἀγαυήν θ', ἥ μ' ἔτικτ' Ἐχίονι,
Ἀκταίονός τε μητέρ', Αὐτονόην λέγω.
καὶ σφᾶς σιδηραῖς ἁρμόσας ἐν ἄρκυσιν,
παύσω κακούργου τῆσδε Βακχείας τάχα.
λέγουσι δ', ὥς τις εἰσελήλυθε ξένος,
γόης, ἐπῳδός, Λυδίας ἀπὸ χθονός,
ξανθοῖσι βοστρύχοισιν, εὔοσμος κόμην,
οἰνῶπας ὄσσοις χάριτας Ἀφροδίτης ἔχων,
ὃς ἡμέρας τε κεὐφρόνας συγγίγνεται
τελετὰς προτείνων εὐίους νεάνισιν.

---

232. Aldus, ξανθοῖσι βοστρύχοισιν εὔοσμον κόμην, quae scriptura si vera est, exciderit versus post hunc necesse est. Εὔκοσμος, quod edd. quaedam habent, ex Stephani Mss. affertur, quorum dubia fides est. Praeterea εὔκοσμος κόμην valde ingratum ad aures accidit, etsi bonum sensu. Quod Brunckius dedit εὔοσμος, μύροισι potius, quam ξανθοῖσι βοστρύχοισι debebat adiunctum habere. Sed quum tamen vera videatur illa scriptura, nisi, ut dicebam, versus excidit, commate distinxi post βοστρύχοισι, ut hi dativi per se positi sint pro ξανθός.

233. Etsi bona est atque elegans Barnesii coniectura, quam plerique receperunt, οἰνωπός, tamen quum libri vel οἰνωπὰς ὄσσοις, vel οἰνωπάς τ', vel οἰνωπά τ' habeant, praeferendam iudicavi Scaligeri emendationem οἰνῶπας. Rubicundam dicit Veneris gratiam in oculis Bacchi conspicuam esse, quod ita est intelligendum, ut totius oris rubor oculique cupiditatis pleni Venerem spirare, ad eamque invitare dicantur.

234. In verbo συγγίγνεται nihil aliud inest, quam familiaris consuetudinis significatio: ne

εἰ δ' αὐτὸν εἴσω τῆσδε λήψομαι στέγης,
παύσω κτυποῦντα θύρσον ἀνασείοντά τε
κόμας, τράχηλον σώματος χωρὶς τεμών.
ἐκεῖνος εἶναί φησι Διόνυσον θεόν,

---

quis res Venereas dici putet. Vtitur enim tali verbo, quo eas nec dicat, neque tamen excludat.

239. Libri, *ἐκεῖνος εἶναί φησι Διόνυσον θεόν, ἐκεῖνος ἐν μηρῷ ποτ' ἐῤῥάφη Διός.* Quae quum manifesto corrupta sint, in diversas partes abierunt critici, alii, quid hospes ille de Baccho narret, significari putantes, ut Brunckius, qui secundum versum ita scripsit, *ἐκεῖνος ἐν μηρῷ νιν ἐῤῥάφθαι Διός·* alii, se ipsum pro Baccho venditare hospitem illum rati, ut Reiskius, qui primum versum hoc modo correxit, *ἐκεῖνος εἶναί φησι Διόνυσος θεός,* quem sequuti sunt Schaeferus et Matthiae. Non est autem haec, ut Elmsleio visum, inepta sententia: *ille se deum esse dicit, qui iam pridem mortuus est, vel potius numquam natus.* Nam recte hoc diceret Pentheus, ut qui illud ipsum vellet ostendere, ineptum esse, qui facta esse iactaret, quae fieri non possent. Si, utra interpretatio vera sit, quaeris, responsio non ex hoc loco peti potest, sed petenda est ex tota fabula. Nam etsi hospes ille Bacchus ipse est, tamen nec Pentheus id eum iactare usquam significat, quod certo faceret, ubi ille vinctus adstat, nec chorus eum putat ipsum Bacchum esse, et denique ipse, ubi cum choro colloquitur, deum se esse dissimulat. Ex his patet, veram esse illam interpretationem, quam Brunckius sequutus est. Sequitur eam etiam Elmsleius, sed hic quum ita hos versus scripsit, *ἐκεῖνον εἶναι φησὶ Διόνυσον θεόν, ἐκεῖνος ἐν μηρῷ ποτ' ἐῤῥάφη Διός*, posuit, quod defendi nullo modo potest. Nam ne commemorem, quam durum sit, quod vult, ad posteriorem versum suppleri

ἐκεῖνος, ἐν μηρῷ πότ' ἐῤῥάφθαι Διός,
ὃς ἐκπυροῦται λαμπάσιν κεραυνίαις
σὺν μητρί, Δίους ὅτι γάμους ἐψεύσατο.
ταῦτ' οὐχὶ δεινῆς ἀγχόνης ἐπάξια,
ὕβρεις ὑβρίζειν, ὅστις ἐστὶν ὁ ξένος;
ἀτὰρ τόδ' ἄλλο θαῦμα, τὸν τερασκόπον
ἐν ποικίλαισι νεβρίσι Τειρεσίαν ὁρῶ,
πατέρα τε μητρὸς τῆς ἐμῆς, πολὺν γέλων,
νάρθηκι βακχεύοντ'. ἀναίνομαι, πάτερ,

ὥς φησιν ὁ ξένος, nulla plane caussa inveniri potest, cur de Baccho hic tanta cum vi dicatur ἐκεῖνον et ἐκεῖνος; illud autem plane fieri nequit, ut hospitis, qui ista dicat, nomen, quod maxime necessarium est, nullum usquam in his verbis conspiciatur. Nam quum descripsisset Pentheus formam hospitis, iam illud debet dicere: *hic ergo est ille, qui Bacchum dicit deum esse; hic est, qui femori Iovis insutum nobis persuadere vult eum, qui ictu fulminis conflagravit, quod mater congressum Iovis mentita erat.* Tanto magis ergo pronomen illud de hospite usurpandum erat, quod quam talis auctor parum idoneus esset, demonstrare volebat Pentheus. Quod si prior versus sanus est, in altero, aut ὡς pro ἐν scribendum, aut ἐῤῥάφη in ἐῤῥάφθαι mutandum est. Hoc feci, Reiskio, Musgravio, Brunckio praeeuntibus. Servavi autem πότ', quod non opus erat ut Brunckius in νιν mutaret.

244. Raritas non est idonea damnandi caussa. Ὕβρισμα hic, mea sententia, alienum foret, quia non de una, sed de multiplici contumelia sermo est. Nova enim hospitem sacra instituere, perturbare totam civitatem, pellicere mulieres ad stupra, deum iactare, qui nullus sit, dicit Pentheus.

248. Ἀναίνομαι proprie est *recuso, detrecto*, quod

τὸ γῆρας ὑμῶν εἰσορῶν νοῦν οὐκ ἔχον.
οὐκ ἀποτινάξεις κισσόν; οὐκ ἐλευθέραν
θύρσου μεθήσεις χεῖρ᾽, ἐμῆς μητρὸς πάτερ;
σὺ ταῦτ᾽ ἔπεισας, Τειρεσία. τόνδ᾽ αὖ θέλεις
τὸν δαίμον᾽ ἀνθρώποισιν εἰσφέρων νέον,
σκοπεῖν πτερωτούς, κἀμπύρων μισθοὺς φέρειν.
εἰ μή σε γῆρας πολιὸν ἐξερρύετο,
καθῆσ᾽ ἂν ἐν Βάκχαισι δέσμιος μέσαις,
τελετὰς πονηρὰς εἰσάγων. γυναιξὶ γὰρ
ὅπου βότρυος ἐν δαιτὶ γίγνεται γάνος,
οὐχ ὑγιὲς οὐδὲν ἔτι λέγω τῶν ὀργίων.

ΧΟΡΟΣ.

τῆς εὐσεβείας, ὦ ξέν᾽, οὐκ αἰδῇ θεούς,

---

quoniam est eius, qui quid invitus facit, significat *piget me*. Mox post εἰσορῶν comma sustuli, quia cohaerent haec, τὸ γῆρας νοῦν οὐκ ἔχον, *male sanam senectutem*. Nonnus haec Tiresiae dicentem facit Pentheum XLV. 75. αἰδέομαι σέο γῆρας, ἀμετροβίων δὲ καὶ αὐτὸς μάρτυρα σῶν ἐτέων πολιὴν πλοκαμῖδα γεραίρω.

252. Nonnus XLV. 78. σὸς νόος οὔ με λέληθε· σὺ γὰρ Πενθῆϊ μεγαίρων μαντοσύναις δολίῃσι νόθον θεὸν ἀνέρα τεύχεις, δῶρα λαβὼν Λυδοῖο παρ᾽ ἀνέρος ἠπεροπῆος, δῶρα πολυχρύσοιο φατιζομένου ποταμοῖο.

255. Nonnus ibidem v. 75. εἰ μὴ γὰρ τόδε γῆρας ἐρήτυε, καὶ σέο χαίτη, καί κεν ἀλεκτοπέδῃσιν ἐγὼ σέο χεῖρας ἑλίξας δέσμιον ἀχλυόεντι κατεσφρήγισσα [μελάθρῳ.

257. Nonnus XLV. 83. οἶνος ἀεὶ μεθύοντας ἐφέλκεται εἰς Ἀφροδίτην.

260. In Aldina scriptum: τῆς εὐσεβείας ὦ ξέν᾽, οὐκ αἰδῇ θεοὺς, Κάδμον τε, et quae sequuntur. Scriptor Christi patientis v. 190. τῆς ἀσεβείας ὦ τάλ᾽ οὐ φοβῇ θεόν. Matthiae verba τῆς εὐσεβείας pro ironica exclamatione accipi voluit. Reiskius et

Κάδμον τε τὸν σπείραντα γηγενῆ στάχυν,
Ἐχίονος δ' ὢν παῖς, καταισχύνειν γένος;

Pors. τῆς δυσσεβείας, sed de neutro constat, utrum construi voluerint cum verbo αἰδῇ, ut scriptor Christi patientis, an, quod Elmsleio placuit, ut exclamationem a sequentibus verbis separari. Exclamatio quidem per simplicem genitivum, sive sine ironia τῆς δυσσεβείας, sive ironice τῆς εὐσεβείας, nonnisi famiiari colloquio convenit: a chori persona plane aliena est. Chorus si tali exclamatione uteretur, voculam aliquam, quae indignationis index esset, deberet adiicere. Id sensere Musgravius et Brunckius, quorum alter φεῦ τῆς ἀσεβείας coniicit, alter φεῦ τῆς ἀσεβίας in textu posuit. Si δυσσεβείας recte coniectum est, non displiceret id mihi, si quidem cum αἰδῇ construeretur: *non tu deos propter impietatem tuam vereris?* Sed cur nihil hic mutandum putem, mox dicam.

261. 262. Quod v. 262. libri habent καταισχύνεις, servarunt editores, et habuisse videtur scriptor Christi patientis v. 1 4. quamquam huius oratio etiam infinitivum ferret. Musgravius ordinem versuum mutari vult, Ἐχίονος δ' ὢν παῖς, καταισχύνεις γένος, Κάδμον τε τὸν σπείραντα γηγενῆ στάχυν. Non assentitur Elmsleius, qui tamen non dixit, cur dissentiret. Ego ut illam quamvis speciosam coniecturam non probandam putem, hanc caussam habeo, quod ita genus suum, et, quia genus, etiam generis auctorem Cadmum iniuria afficere Pentheus dicitur. At e contrario, quia Cadmum, auctorem generis sui etiam genus ipsum probro afficit. Aldina in fine primi horum trium versuum comma, in fine secundi punctum, in fine tertii signum interrogandi habet. Elmsleius, in primo versu Aldinae interpunctionem sequitur; secundo signum interrogandi apposuit, iterumque tertio: ut appareat, eum pri-

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ὅταν λάβῃ τις τῶν λόγων ἀνὴρ σοφὸς
καλὰς ἀφορμάς, οὐ μέγ' ἔργον εὖ λέγειν.
σὺ δ' εὔτροχον μὲν γλῶσσαν, ὡς φρονῶν, ἔχεις,
ἐν τοῖς λόγοισι δ' οὐκ ἔνεισί σοι φρένες.
θρασὺς τε, δυνατός, καὶ λέγειν οἷός τ' ἀνήρ,

---

mos duos versus a verbo *αἰδῇ* regi putare, ad sensum quidem recte: ita enim procederet oratio: *non deos Cadmumque vereris, terrigenae segetis auctorem? et quum Echionis filius sis, genus tuum probro afficis?* rationem enim reddit ultimus versus, cur Cadmus non debuerit maledictis excipi: sed tamen sic *οὐδὲ Κάδμον* potius, quam *Κάδμον τε* dici oportebat. Horum igitur omnium quum nihil ex omni parte satisfaciat, ego non nisi interpunctionis correctione, et mutatione unius litterae opus esse iudicavi, ut omnia recte procedant. *Καταισχύνεις* enim in infinitivum transformandum duxi. Constructio verborum haec est, *οὐκ αἰδῇ θεούς, τῆς εὐσεβείας Κάδμον τε καταισχύνειν,* iam dicere debebat, *καὶ τὸ σὸν αὐτοῦ γένος*, sed, quia *τῆς εὐσεβείας* non ad universum illud genus referri posse videt, et simul quia rationem reddere vult, cur suum ipsius genus Pentheus laedendo Cadmo laedat, continuat orationem per particulam adversativam et ratiocinativam, *Ἐχίονος δ' ὢν παῖς, καταισχύνειν γένος. Non vereris*, inquit, *propter pietatem et Cadmum, satorem segetis terrigenae, quum autem Echionis filius sis, genus tuum contumeliis afficere?* Cadmi pietatem dicit, colentis, non spernentis Bacchum. *Αἰδῇ θεοὺς, καταισχύνειν Κάδμον*, eodem modo dictum, ut apud Sophoclem Oed. R. 1425. *τὴν γοῦν πάντα βόσκουσαν φλόγα αἰδεῖσθ' ἄνακτος Ἡλίου, τοιόνδ' ἄγος ἀκάλυπτον οὕτω δεικνύναι.*

267. Elmsleius interpunxit, *θρασὺς τε δυνατὸς, καὶ λέγειν οἷός τ' ἀνήρ*, cum Musgravio *δυ-*

κακὸς πολίτης γίγνεται, νοῦν οὐκ ἔχων.
οὗτος δ' ὁ δαίμων ὁ νέος, ὃν σὺ διαγελᾷς,
οὐκ ἂν δυναίμην μέγεθος ἐξειπεῖν ὅσος
καθ' Ἑλλάδ' ἔσται. δύο γάρ, ὦ νεανία,
τὰ πρῶτ' ἐν ἀνθρώποισι· Δημήτηρ θεά,
γῆ δ' ἐστίν, ὄνομα δ' ὁπότερον βούλει, κάλει·
αὕτη μὲν ἐν ξηροῖσιν ἐκτρέφει βροτούς·
ὃ δ' ἦλθεν ἐπὶ τἀντίπαλον, ὁ Σεμέλης γόνος·

νατὸς idem quod δυνάστης esse censens. Recte vero Matthiae, quem sequendum putavi, interpunxit. Non enim δυνατὸς unquam pro δυνάστης, nec δύνασθαι pro δυνάστην εἶναι dictum est, sed δυνατὸς potentem significat, atque adiectivum est, δύνασθαι autem est δυνάμενον sive δυνατὸν εἶναι, cuiusmodi viri epicis μέγα δυνάμενοι audiunt.

275. Elmsleius cum Heathio ὃ ad ὑγρὸν πῶμα referens, ita interpunxit: ὃ δ' ἦλθεν ἐπὶ τἀντίπαλον, ὁ Σεμέλης γόνος βότρυος ὑγρὸν πῶμ' ηὗρε. At primum constructio durior est, quia post αὕτη μέν nemo non exspectat ὁ δέ de Baccho dici; deinde mirum, si pro simplici τὸ δὲ ἀντίπαλον tam singulari eaque parum apta copia verborum ὃ δ' ἦλθεν ἐπὶ τἀντίπαλον dixisset. Itaque ego, ut Matthiae, Musgravium sequutus sum, nisi quod accentum in pronomine servavi, quod recte observatum videas in bonis codicibus, ut, ubi ὃ non articulus, sed pronomen demonstrativum est, accentu notetur: pronunciatur enim cum accentu. Neque vero copulae omissio v. 276. offensionem habebit apud eos, qui meminerint, usitatum hoc Graecis esse, ut, ubi indicaverint se aliquid dicturos esse, id deinde adiiciant sine copula. Exemplum huic loco simillimum praebet versus 289. Vide etiam v. 626. Sententiam huius loci expressit Nonnus XLV. 101. οὗτος ἀμαλλοτό-

βότρυος ὑγρὸν πῶμ' εὗρε, κεἰσηνέγκατο
θνητοῖς, ὃ παύει τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς
λύπης, ὅταν πλησθῶσιν ἀμπέλου ῥοῆς·
ὕπνον τε, λήθην τῶν καθ' ἡμέραν κακῶν,
δίδωσ', ἵν' οὐκ ἔστ' ἄλλο φάρμακον πόνων.

κῳ Δημήτερι μοῦνος ἐρίζει, ἀντίτυπον σταχύεσσιν ἔχων εὔβοτρυν ὀπώρην.

276. Nonnus XLV. 82. ἀλλ' ἐρέεις, ὅτι Βάκχος ἐποίνιον εὗρεν ὀπώρην.

279. 280. Defendi posse puto ὕπνον τε λήθην, quod Ald. et Cod. Pal. habent: sed tamen, quum alii codd. ὕπνον praebeant, hoc, ut simplicius, praeferendum videtur. Aliud vero vitium, ad quod non attenderunt critici, in his versibus, ut in libris scripti sunt, restat: ὕπνον τε, λήθην τῶν καθ' ἡμέραν κακῶν δίδωσιν, οὐδ' ἔστ' ἄλλο φάρμακον πόνων. Falsum est enim, nullum aliud malorum esse remedium, quam somnum; quin ipse iam dixit contrarium, quum vino leniri aegritudinem, exhilararique homines dixit. Nec sustuleris hanc sententiae perversitatem, si verba οὐδ' ἔστ' ἄλλο φάρμακον πόνων, non de somno, sed de vino acceperis. Nam hoc quoque falsum est, vinum unicum esse remedium malorum. Itaque aut necesse est, versum excidisse, in quo, quod deest, scriptum fuerit, nullum malorum remedium fortius esse ac potentius, quam vinum: vinum enim potius, quam somnus laudari debebat: (quod dici debebat, expressit vertendo Natalis Comes V. 13. *nec pharmacum malo aptius*) aut, si nihil excidit, verba necesse est corrupta esse. Id quum mihi veri similius videatur, scripsi, δίδωσ', ἵν' οὐκ ἔστ' ἄλλο φάρμακον πόνων. Vbi semel prima duo verba in unum coniuncta erant, mutatum est οὐκ in οὐδ'. Nec refragabor, si quis ἵν' οὐδὲν ἄλλο praeferat. Sententia iam est aptissima: vinum tristitia liberat mortales, somnumque ad-

οὗτος θεοῖσι σπένδεται θεὸς γεγώς,
ὥστε διὰ τοῦτον τἀγάθ' ἀνθρώπους ἔχειν.
καὶ καταγελᾷς νιν, ὡς ἐνεῤῥάφη Διὸς
μηρῷ. διδάξω σ' ὡς καλῶς ἔχει τόδε.
ἐπεί νιν ἥρπασ' ἐκ πυρὸς κεραυνίου
Ζεύς, εἰς δ' Ὄλυμπον βρέφος ἀνήγαγεν νέον,
Ἥρα νιν ἤθελ' ἐκβαλεῖν ἀπ' οὐρανοῦ,
Ζεὺς δ' ἀντεμηχανήσαθ', οἷα δὴ θεός.
ῥήξας μέρος τι τοῦ χθόν' ἐγκυκλουμένου
αἰθέρος, ἔθηκε τόνδ', ὅμηρον ἐκδιδοὺς

---

ducit, quo obliviscantur homines malorum, ubi non est aliud eorum remedium.

290. Non multum difficultatis in hoc loco est, si modo, quid machinatus sit Iuppiter, recte perspexeris. Quum metuendum esset, ne Iuno e coelo eiiceret Bacchum, abrupit Iuppiter partem aetheris terram ambientis, eamque in Bacchi formam transmutavit, et Iunoni obsidem dedit rixarum, i. e. pro pignore dedit Iunoni, quo ea rixari desineret, si iam in potestate sua haberet Bacchum. Ipso autem vero Baccho quid fecerit Iuppiter, non dicit poeta. Scilicet educandum misit nymphis quibusdam: de qua re satis constabat. Iam vero, quod deus, qui putabatur, i. e. aether ille Bacchi formam gerens, Iunoni obses datus fuerit, ex eo quosdam ait Euripides, nomine leviter mutato, commentos esse, femore Iovis conditum fuisse Bacchum. Quae quum ita sint, verba *ἔθηκε τόνδ' ὅμηρον ἐκδιδοὺς Διόνυσον Ἥρας νεικέων* sic construenda esse patet: *τόνδε* (retulit hoc ad *αἰθέρα*, quum proprie debuerit *τόδε* dici, relatum ad *μέρος*) *ἔθηκε Διόνυσον, ἐκδιδοὺς ὅμηρον Ἥρας νεικέων*. Eam ob caussam, ne nimia commatum copia lector perturbaretur, unam tantummodo diastolen post *τόνδε* posui, ut statim appareret, non esse *τόνδ' ὅμηρον* coniungenda.

Διόνυσον Ἥρας νεικέων. χρόνῳ δέ νιν
βροτοὶ τραφῆναί φασιν ἐν μηρῷ Διός,
ὄνομα μεταστήσαντες, ὅτι θεᾷ θεὸς
Ἥρᾳ ποθ᾽ ὡμήρευσε, συνθέντες λόγον.
μάντις δ᾽ ὁ δαίμων ὅδε. τὸ γὰρ βακχεύσιμον
καὶ τὸ μανιῶδες μαντικὴν πολλὴν ἔχει.
ὅταν γὰρ ὁ θεὸς εἰς τὸ σῶμ᾽ ἔλθῃ πολύς,
λέγειν τὸ μέλλον τοὺς μεμηνότας ποιεῖ.
Ἄρεώς τε μοῖραν μεταλαβὼν ἔχει τινά.
στρατὸν γὰρ ἐν ὅπλοις ὄντα κἀπὶ τάξεσιν,
φόβος διεπτόησε, πρὶν λόγχης θιγεῖν.
μανία δὲ καὶ τοῦτ᾽ ἐστὶ Διονύσου πάρα.
ἔτ᾽ αὐτὸν ὄψει κἀπὶ Δελφίσιν πέτραις
πηδῶντα σὺν πεύκαισι, δικόρυφον πλάκα

---

302. Rectissime indicavit Elmsleius, sensum hunc esse, etiam terrores Panicos furorem quemdam esse, immissum a Baccho. Mirum est tentari coniecturis hunc versum potuisse, idque talibus, quae sensum praeberent ineptissimum. Rectius sensit Piersonus, qui totum versum spurium esse putat. Nam sane abesse potest, quia hic, quid cum Marte commune habeat Bacchus, explicatur. Sed, ut solet Euripides philosophari, ita hic quoque, quum antea de furore loquutus esset, recte potuit adiicere, hoc ipsum, quod Baccho cum Marte commune sit, ad eamdem illam insaniam, de qua modo dixisset, referendum esse. Quum autem terrores Panicos Baccho tribuit auctori, videtur id propterea facere, quod Pan comes esse Bacchi solet.

303. Cave huic *καί* respondere putes *τέ* v. 306. Non magis enim *καὶ-τε*, quam apud Latinos *et-que* in partitione dicitur. *Καί* est etiam.

304. Vt solent critici, si quid alicubi exquisitius dictum viderint, id etiam alienis locis inferre,

βάλλοντα, καὶ σείοντα Βακχεῖον κλάδον,
μέγαν τ᾽ ἀν᾽ Ἑλλάδ᾽. ἀλλ᾽ ἐμοί, Πενθεῦ, πιθοῦ.
μὴ τὸ κράτος αὔχει δύναμιν ἀνθρώποις ἔχειν,
μηδ᾽ ἢν δοκῇς μέν, ἡ δὲ δόξα σου νοσεῖ,
φρονεῖν δόκει τι. τὸν θεὸν δ᾽ εἰς γῆν δέχου,
καὶ σπένδε, καὶ βάκχευε, καὶ στέφου κάρα.
οὐχ ὁ Διόνυσος μὴ φρονεῖν ἀναγκάσει

---

ita hic *πηδῶντα* quidam cum *δικόρυφον πλάκα* construendum rati sunt. At quid tum est *βάλλοντα*? Quatiebant thyrsum bacchantes, non ut missilia iaculabantur. Quod si *πάλλοντα* coniicias, idem id erit atque *σείοντα*, ut carere alterutro verbo malimus. Itaque post *πεύκαισι* distinxi, quae vox intelligenda est in verbis *δικόρυφον πλάκα βάλλοντα*: nam facibus collustrare bicipitem rupem dicitur Bacchus. Sic in fragm. 1. Phaethontis: *ἣν ἐκ τεθρίππων ἁρμάτων πρώτην χθόνα Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βάλλει φλογί.*

511. Sive Porsonus, sive Salmasius est, qui sic scribendum coniecit: *οὐχ ὁ Διόνυσος ὡς φρονεῖν ἀναγκάσει γυναῖκας εἰς τὴν Κύπριν, ἀλλ᾽ εἰ τῇ φύσει τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ᾽ ἀεί, τοῦτο σκοπεῖν χρή·* ea coniectura mihi et ad constructionem valde impedita, et ad significationem verborum ita ambigua videtur, ut persuasum habeam, non ita scripsisse Euripidem. Nam quum *φρονεῖν εἰς τὴν Κύπριν* et *cogitare Venerem*, et *sapere quod ad Venerem attinet*, atque hoc quidem multo facilius, significare possit, quis non videt, quam inepte hac formula usus fuisset poeta ad propensionem in res Venereas indicandam? Quod autem Elmsleius edidit, in quo Duportus et Matthiae ei duces fuerunt, *οὐχ ὁ Διόνυσος σωφρονεῖν ἀναγκάσει γυναῖκας εἰς τὴν Κύπριν, ἀλλ᾽ ἐν τῇ φύσει τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ᾽ ἀεί. τοῦτο σκοπεῖν χρή.* in eo illa, quae prima sunt, non video quomodo

γυναῖκας εἰς τὴν Κύπριν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει
τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ' ἀεί.
τοῦτο σκοπεῖν χρή. καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν

---

huic loco conveniant. Nam si dicit, *non Bacchus coget mulieres pudicas esse*, ita loquitur, ac si Pentheus contendisset, officium hoc Bacchi esse, pudicitiam commendare mulieribus. At ille eas a Baccho ad impudicitiam et stupra excitari dixerat, quod satis habet si non fiat, non etiam postulat contrarium fieri. Ex quo patet, illud potius hic dici debere, impudicitiam mulierum non esse Baccho vitio vertendam. Itaque quum in libris et μὴ σωφρονεῖν legatur, ut in Aldina et cod. Pal. in quo μὴ supra scriptum est, et σωφρονεῖν omisso μὴ, quid planius esse potest, quam Euripidem μὴ φρονεῖν scripsisse? Nam quum φρονεῖν per σωφρονεῖν explicatum esset, explicatio in textum recepta vitiavit metrum, cui vitio qui mederi volebant, quum originem erroris non perspexissent, deleverunt μή. Sententia omni ex parte recte se habet. *Non Bacchus*, inquit, *intemperantes ad Venerem esse coget mulieres, sed semper in natura atque ingenio cuiusque inest temperantia et moderatio in rebus omnibus. Hoc considerare oportet. Itaque etiam in sacris Bacchicis si qua femina pudicis moribus est, conservabit castitatem.* Futuro ἀναγκάσει utitur, quia sacra Bacchica recipi vult. Caeterum in Hippolyti loco, quem Elmsleius attulit, v. 79. ὅσοις διδακτὸν μηδὲν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν εἰς τὰ πάντ' ἀεί, τούτοις δρέπεσθαι, τοῖς κακοῖσι δ' οὐ θέμις, ego quidem non probem Porsoni coniecturam ὅστις pro ὅσοις, quum non satis apte quis dicatur τὸ διδακτὸν λαγχάνειν, εἴληχεν autem etiam ita dici potuerit, ut τὸ σωφρονεῖν sit nominativus, et verbum illud ad ὅσοις referatur, *quibus obtigit*.

οὐδ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.
ὁρᾷς; σὺ χαίρεις, ὅταν ἐφεστῶσιν πύλαις
πολλοί, τὸ Πενθέως δ' ὄνομα μεγαλύνῃ πόλις.
κἀκεῖνος, οἶμαι, τέρπεται τιμώμενος.
ἐγὼ μὲν οὖν καὶ Κάδμος, ὃν σὺ διαγελᾷς,
κισσῷ τ' ἐρεψόμεσθα, καὶ χορεύσομεν,
πολιὰ ξυνωρίς. ἀλλ' ὅμως χορευτέον,
κοὐ θεομαχήσω, σῶν λόγων πεισθεὶς ὕπο.
μαίνῃ γὰρ ὡς ἄλγιστα, κοὔτε φαρμάκοις
ἄκη λάβοις ἄν, οὔτ' ἄνευ τούτων νοσεῖς.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ πρέσβυ, Φοῖβόν τ' οὐ καταισχύνεις λόγοις,
τιμῶν τε Βρόμιον σωφρονεῖς, μέγαν θεόν.

ΚΑΔΜΟΣ.

ὦ παῖ, καλῶς σοι Τειρεσίας παρῄνεσεν.
οἴκει μεθ' ἡμῶν, μὴ θύραζε τῶν νόμων.
νῦν γὰρ πέτῃ τε, καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖς.

---

325. Miror, Elmsleium in Musgravii interpretatione acquiescere, qui mentem Penthei pharmacis corruptam significari putat. Mihi nihil neque argutius neque putidius dicere potuisse videtur Tiresias. Immo vero praeclara est, et dignissima sapientissimo vate sententia, quum dicit: *insanis tristissima insania, et nec remediis sanari potes, nec sine remedio aegrotas.* Hoc enim significat, neque esse, quod illum ad sanam mentem revocare queat, neque insanire eum ita, ut non finem isti insaniae crudelissima, quae ei immineat mors impositura sit. Vide v. 361. s. 367. s. Fatidico ore haec dicta esse, subindicat etiam chorus, quum dicit, *Φοῖβον οὐ καταισχύνεις λόγοις*.

κεἰ μὴ γάρ ἐστιν ὁ θεὸς οὗτος, ὡς σὺ φής,
παρὰ σοὶ λεγέσθω. καὶ καταψεύδου καλῶς,
ὡς ἔστι Σεμέλης, ἵνα δοκῇ θεὸν τεκεῖν,
ἡμῖν τε τιμὴ παντὶ τῷ γένει προσῇ.
ὁρᾷς τὸν Ἀκταίωνος ἄθλιον μόρον,
ὃν ὠμόσιτοι σκύλακες, ἃς ἐθρέψατο,
διεσπάσαντο, κρείσσον' ἐν κυνηγίαις
Ἀρτέμιδος εἶναι κομπάσαντ', ἐν ὀργάσιν;
ὃ μὴ πάθῃς σύ, δεῦρό σου στέψω κάρα
κισσῷ· μεθ' ἡμῶν τῷ θεῷ τιμὴν δίδου.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα, βακχεύσεις δ' ἰών,
μηδ' ἐξομόρξει μωρίαν τὴν σὴν ἐμοί;

---

333. Pro *κεἲ μὴ γάρ ἐστιν* scripsi accentu correcto, *κεἰ μὴ γάρ ἔστιν*. Repetendum cogitatione *θεός*: aliter enim articulum omittere debuisset.

335. Acute Tyrwhittus, ut solebat, coniecit, *ὡς ἔστι, Σεμέλῃ θ' ἵνα δοκῇ θεὸν τεκεῖν*. Nec tamen recte id quum ab aliis, tum ab Elmsleio repositum puto. Negaverat enim Pentheus supra v. 244. s. Semeles filium esse Bacchum: ad quae nunc respondet Cadmus. Quare servavi librorum scripturam.

339. Matthiae et Elmsleius *κυναγίαις*, quae forma exstat in Hippol. 109. Vulgaris apud Sophoclem in Ai. 37. *Κυναγὸς* dixisse tragicos. non est dubium. Sed non videntur *κυναγετεῖν* dixisse. Quid ergo, si in nomine *κυνηγία* fluctuarunt? Itaque ut in re, quae non satis certa videatur, malui libros sequi.

341. Elmsleius verba *δεῦρό σου στέψω κάρα κισσῷ* in parenthesi dici fecit. Mihi et simplicius visum est, et fortius, apodosin ea continere.

τῆς σῆς δ' ἀνοίας τόνδε τὸν διδάσκαλον
δίκην μέτειμι. στειχέτω τις ὡς τάχος,
ἐλθὼν δὲ θάκους τοῦδ', ἵν' οἰωνοσκοπεῖ,
μοχλοῖς τριαίνου κἀνάτρεψον ἔμπαλιν,
ἄνω κάτω τὰ πάντα συγχέας ὁμοῦ·
καὶ στέμματ' ἀνέμοις καὶ θυέλλαισιν μέθες.
μάλιστα γάρ νιν δήξομαι, δράσας τάδε.
οἳ δ' ἀνὰ πόλιν στείχοντες, ἐξιχνεύσατε
τὸν θηλύμορφον ξένον, ὃς εἰςφέρει νόσον
καινὴν γυναιξί, καὶ λέχη λυμαίνεται.
κἄνπερ λάβητε, δέσμιον πορεύσατε
δεῦρ' αὐτόν, ὡς ἂν λευσίμου δίκης τυχὼν
θάνῃ, πικρὰν βάκχευσιν ἐν Θήβαις ἰδών.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ὦ σχέτλι', ὡς οὐκ οἶσθα ποῦ ποτ' εἶ λόγων.

---

341. Quum Porsonus ex Aristophane coniecit *ἐναπομόρξει*, vereor ne inferri in tragicum voluerit dictionem comoediae potius convenientem.

342. Recepi, quod Matthiae addidit *δ'*. Nam particulam adversativam hic non puto abesse posse, quia iam de Tiresia, non de Cadmo loquitur. Cadmum si diceret, recte abesset *δέ*: *abi: non effugies poenam.* Non recte dicas: *abi: Tiresiam punire volo:* nisi ubi abire quem iubeas propterea, ut punias alterum. Quod non cadit in hunc locum. In sequente versu recepi praeclaram Elmsleii emendationem, *δίκην* pro *δίκῃ*.

352. Nonnus XLV. 220. *δμῶες ἐμοί, στείχοντες ἐν ἄστεϊ καὶ μέσον ὕλης ἄξετε μοι βαρύδεσμον ἀναλκίδα τοῦτον ἀλήτην, ὄφρα τυπεὶς Πενθῆος ἀμοιβαίῃσιν ἱμάσθλαις, μηκέτι φαρμακόεντι ποτῷ θέλξειε γυναῖκας, ἀλλὰ γόνυ κλίνειεν.*

μέμηνας ἤδη, καὶ πρὶν ἐξέστης φρενῶν.
στείχωμεν ἡμεῖς, Κάδμε, κἀξαιτώμεθα
ὑπέρ τε τούτου, καίπερ ὄντος ἀγρίου,
ὑπέρ τε πόλεως, τὸν θεὸν μηδὲν νέον
δρᾶν. ἀλλ' ἕπου μοι, κισσίνου βάκτρου μέτα.
πειρῶ δ' ἀνορθοῦν σῶμ' ἐμόν, κἀγὼ τὸ σόν.
γέροντε δ' αἰσχρὸν δύο πεσεῖν. ἴτω δ' ὅμως.
τῷ Βακχίῳ γὰρ τῷ Διὸς δουλευτέον.
Πενθεὺς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰςοίσει δόμοις
τοῖς σοῖσι, Κάδμε. μαντικῇ μὲν οὐ λέγω,
τοῖς πράγμασιν δέ. μῶρα γὰρ μῶρος λέγει.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α'.

Ὁσία, πότνα θεῶν,
ὁσία δ', ἃ κατὰ γᾶν
χρυσέαν πτέρυγα φέρεις,

---

356. Iure Elmsleius Aldinae interpunctionem servavit. Quod aliis placuit, *μέμηνας· ἤδη καὶ πρὶν ἐξέστης φρενῶν*, eo nihil potest languidius fingi.

367. De nomine *πότνια* vide Buttmannum in uberiore grammatica Graeca vol. I. p. 261. qui tamen non observavit, *πότνα* tantummodo vocativi casus esse.

369. Libri *χρύσεα πτέρυγα*. Elmsleius, Proserpinam invocari ratus, ex coniectura *χρύσεα σκῆπτρα*. Mirum, quantum hic locus torserit interpretes, quum quae dea, quaeve deae hic appellarentur, disceptarunt. At sive Themidem, sive Nemesin, sive Cererem et Proserpinam tali compellatione alloquutus esset chorus, neque harum dearum ulla audivisset, neque spectatores, quae dea tam ambiguis verbis vocaretur, intellexissent. Soli Reiskius et Musgravius viderunt,

τάδε Πενθέως ἀΐεις;

---

eam tantum, cuius nomen hic positum conspicitur, dici posse, i. e. *Ὁσίαν*, Sanctimoniam. Quibus qui non assensi sunt, eos retinuisse videtur id, quod perspicue indicatum est ab Elmsleio, repetitum nomen *Ὁσία*, ex qua repetitione duas intelligi deas debere opinati sunt. At haec ipsa repetitio nominis confirmat potius Reiskii Musgraviique interpretationem. Sanctimoniam enim invocans chorus, quae duplex est, altera deorum, altera hominum, quoniam alia divinis legibus, alia humanis sancta habentur, pro duplici illo respectu etiam bis invocat, primo, *Ὁσία, πότνα θεῶν*, deinde, quoniam a divinis diversa sunt humana, addita particula *δὲ*, *Ὁσία δ', ἃ κατὰ γᾶν*, et quae sequuntur. Quoniam enim nomen huius deae non est nomen proprium deae cuiuspiam, quae sua templa, suaque certa sacra habeat, sed nomen rei sanctae, quam poeta fingit deam esse, est illud nomen simul pro adiectivo, naturam numinis huius indicante, habendum: quo fit, ut ei particulae *μὲν* et *δὲ* addi possint, plane ut in illo, quod Elmsleius affert, *ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν Πρίαμε, φιλτάτη δὲ σύ, Ἑκάβη*. Nam si simpliciore oratione istam invocationem proferimus, talis est: *ὦ ὁσία μὲν παρὰ θεοῖς, ὁσία δὲ παρ' ἀνθρώποις νομιζομένη*. Iam vero etiam satis munitum erit, quod et ego pridem conieceram, et Matthiae edidit, *χρυσέαν πτέρυγα*. Deae enim ab se ipso fictae quidni recte alas tribuat poeta, dummodo id apte faciat? Fecit autem apte, quia, quum deam illam per auras volitantem res hominum adspicere dicit, eo indicat versari eam quidem inter homines, sed ita, ut nemo eam conspiciat, et ne imaginem quidem simulacris cognitam habeat. Cur vero hanc deam invocet, dicit his verbis, *ἀΐεις οὐχ ὁσίαν ὕβριν.*

αἴεις οὐχ ὁσίαν
ὕβριν εἰς τὸν Βρόμιον τὸν
Σεμέλας, τὸν παρὰ καλλι-
στεφάνοις εὐφροσύναις δαίμονα πρῶτον
μακάρων; ὃς τάδ᾽ ἔχει,
θιασεύειν τε χοροῖς,
μετά τ᾽ αὐλοῦ γελάσαι,
ἀποπαῦσαί τε μερίμνας,
ὁπόταν βότρυος ἔλθῃ
γάνος ἐν δαιτὶ θεῶν, κισ-
σοφόροις δ᾽ ἐν θαλίαις ἀν-
δράσι κρατὴρ ὕπνον ἀμφιβάλλῃ.

ἀντιστροφὴ α΄.

ἀχαλίνων στομάτων
ἀνόμου τ᾽ ἀφροσύνας
τὸ τέλος δυςτυχία.
ὁ δὲ τᾶς ἡσυχίας
βίοτος, καὶ τὸ φρονεῖν,
ἀσάλευτόν τε μένει, καὶ
συνέχει δώματα. πόρσω
γὰρ ὅμως αἰθέρα ναίοντες, ὁρῶσιν
τὰ βροτῶν Οὐρανίδαι.
τὸ σοφὸν δ᾽ οὐ σοφία·
τό τε μὴ θνητὰ φρονεῖν,

---

393. Elmsleius edidit θνατὰ contra omnes libros, propter θνατοῖσι v. 403. At aliud est, quum mortales θνατοί vocantur, aliud θνητὰ φρονεῖν, in qua formula non puto locum esse Dorismo, nisi in scriptore Dorico. De interpunctione consentit Elmsleius cum plerisque aliis, quibus hoc placet: τὸ σοφὸν δ᾽ οὐ σοφία, τό τε μὴ θνητὰ φρονεῖν. βραχὺς αἰών. ἐπὶ τούτῳ δέ τις ἂν μεγάλα

βραχὺς αἰών. ἐπὶ τούτῳ
δέ τις ἂν μεγάλα διώκων,
τὰ παρόντ' οὐχὶ φέρει. μαι-
νομένων οἵδε τρόποι καὶ
κακοβούλων παρ' ἔμοιγε φωτῶν.

διώκων, τὰ παρόντ' οὐχὶ φέροι. Putat autem ἐπὶ τούτῳ pro ἐν τούτῳ dictum esse. Sententiae satis bene cohaerent, sed tamen offensionem aliquam habet τό τε μὴ θνητὰ φρονεῖν ad οὐ σοφία relatum, et ἐπὶ τούτῳ de vita insolentius dictum pro ἐν τούτῳ. Has ob caussas ego quidem Aldinae interpunctionem praetuli, quae non modo his incommodis vacua est, sed sensum praebet nescio an magis etiam huic loco accommodatum: *quae sapientia videtur, non est sapientia: et non mortalia spirare, brevis vita est: hac conditione magna quid persequens, quae ante pedes sunt, amittit.* Hac conditione quod dicit, est ἐπὶ τῷ μὴ θνητὰ φρονεῖν. Illis autem, τό τε μὴ θνητὰ φρονεῖν, βραχὺς αἰών, respicit illud Homeri Iliad. ε. 407. ὅττι μάλ' οὐ δηναιός, ὃς ἀθανάτοισι μάχηται, quae sententia paullo aliis verbis expressa est Iliad. ζ. 130. s. 139. s.

396. Servavi φέρει, quod et Euripidis libri et Stobaeus sermon. XXII. περὶ ὑπεροψίας habent. Critici optativum posuere. Nihil esse, cur huiusmodi quidem in sententia ἂν cum indicativo praesentis construi nequeat, alio loco ostendam. Nunc satis habeo illud Homeri attulisse Iliad. ξ. 484. τῷ καί κέ τις εὔχεται ἀνὴρ γνωτὸν ἐνὶ μεγάροισιν ἀρῆς ἀλκτῆρα λιπέσθαι.

397. Elmsleius ex Stobaeo δ' inseruit post μαινομένων. At huic particulae non est locus, ubi non aut additur aut opponitur aliquid praecedentibus, sed summa eorum colligitur.

στροφὴ β'.

ἱκοίμαν ποτὶ Κύπρον,
νᾶσον τᾶς Ἀφροδίτας,]
ἵν' οἱ θελξίφρονες νέμον-
ται θνατοῖσιν Ἔρωτες
Πάφον, ἂν ἑκατόστομοι
βαρβάρου ποταμοῦ ῥοαὶ
καρπίζουσιν ἄνομβροι.
ὅπου καλλιστευομένα
Πιερία Μούσειος ἕδρα,
σεμνὰ κλιτὺς Ὀλύμπου,
ἐκεῖσ' ἄγε με, Βρόμιε, Βρόμιε,
προβακχήϊε δαῖμον.
ἐκεῖ χάριτες, ἐκεῖ δὲ πόθος,

---

399. Libri, ποτὶ τὰν Κύπρον. Delevi articulum.

403. Quam plenius interpunctum esset post Ἔρωτες, et legeretur in libris Πάφον θ', incredibile est, quantas turbas excitaverit barbarus iste fluvius, qui vix dubitari potest, quin Nilus sit. Omnes istas dubitationes removisse mihi videor interpunctione mutanda et delenda copula θ', quam emendationem confirmat codicum in antistrophico versu scriptura. Hoc dicit: veniam in insulam Cyprum, ubi Amores Paphum tenent, quam barbari fluminis centeni rivi ditant. Nilum barbarum dicit, quia de Papho loquitur; non idem facturus, si de Aegypto sermo esset. Non autem fruges Aegypto in Cyprum advehi dicit, quae insula Strabone teste in fine libri XIV. αὐταρκῆ σῖτον gignebat, sed opes indicat omnigenas, quas *trabe Cypria mercator* Paphi congerat, per Nilum cum orientis regionibus commercia exercens,

ἐκεῖ δὲ Βάκχαισι θέμις ὀργιάζειν.

ἀντιστροφὴ β.

ὁ δαίμων ὁ Διὸς παῖς
χαίρει μὲν θαλίαισιν,
φιλεῖ δ' ὀλβοδότειραν Εἰ-
ρήναν, κουροτρόφον θεάν·
ἴσα δ' εἴς τε τὸν ὄλβιον
τόν τε χείρονα δῶκ' ἔχειν
οἴνου τέρψιν ἄλυπον.
μισεῖ δ' ᾧ μὴ ταῦτα μέλει,
κατὰ φάος νύκτος τε φίλας
εὐαίωνα διαζῆν.
σοφὰν δ' ἄπεχε πραπίδα φρένα τε
περισσῶν παρὰ φωτῶν.

---

417. Vulgo ἴσαν. Sed codd. Pal. et a prima manu Laur. ἴσα, quod recepi. Vide ad v. 403.

423. Ald. σοφὸν δ' ἀπέχειν. Pal. et Laur. σοφὰν δ' ἀπέχειν. Facile quidem syllabis exaequari posset strophicus versus, si scriberetur, ἐκεῖσ' ἄγε μ', ὦ Βρόμιε, Βρόμιε: sed tamen vix dubitari potest, quin hic versus Glyconeus sit. Verum non solum propter hanc caussam reposui, quod in Elem. D. m. p. 517. conieci, ἄπεχε, receptum etiam ab Elmsleio, sed etiam propter sensum; quem illo quem dixi loco non recte perspexeram. Non enim cohaerent haec cum praecedentibus, sed aperte novam continent sententiam. Quum enim Bacchum laudasset chorus, iam quid ipse probet indicaturus, illos vero, inquit, arceo, qui se sapere rati religionem deorum contemnunt, et potius communia instituta usumque sequor. Verba ita intelligenda: *procul habe sapientiam a nimium doctis hominibus profectam.*

τὸ πλῆθος ὅ τι τὸ φαυλότερον
ἐνόμισε χρῆταί τε, τόδε τοι λεγοίμαν.
ΘΕΡΑΠΩΝ.
Πενθεῦ, πάρεσμεν, τήνδ' ἄγραν ἠγρευκότες,
ἐφ' ἣν ἔπεμψας, οὐδ' ἄκρανθ' ὡρμήσαμεν.
ὁ θὴρ δ' ὅδ' ἡμῖν πρᾶος, οὐδ' ὑπέσπασεν
φυγῇ πόδ', ἀλλ' ἔδωκεν οὐκ ἄκων χέρας,
οὐδ' ὠχρός, οὐδ' ἤλλαξεν οἰνωπὸν γένυν.
γελῶν δὲ καὶ δεῖν κἀπάγειν ἐφίετο,
ἔμενέ τε τοὐμόν, εὐτρεπὲς ποιούμενος.

---

425. Ald. τὸ πλῆθος ὅτι τε φαυλότερον ἐνόμισε, χρῆταί τε. τόδε τοι λέγοιμ' ἄν. Pal. et a prima manu Laur. τὸ πλῆθος ὅτιπερ φαυλότερον ἐνόμισε. χρῆταί τ' ἐν τῶδε λεγοίμην ἄν. In his primo recte Brunckius τε in τὸ mutavit, quod merito recepit Matthiae. Nam quod Elmsleio placet, φαυλότερον pro φαυλοτέρως dictum esse, id fieri hic propter ambiguitatem non potuit: nemo enim, qui haec audiret, non coniungeret φαυλότερον ἐνόμισε, *deterius esse putavit*. Praeterea vero quomodo τόδε τοι λέγοιμ' ἄν significare possit, τόδε τοι ἄριστον εἶναι λέγοιμ' ἄν, neque ego video, nec facile aliis persuadeatur. Vera scriptura λεγοίμαν latet in lectione codicum, quam attuli. Plena oratio haec foret: ὅ τι τὸ πλῆθος τὸ φαυλότερον ἐνόμισε χρῆταί τε, τόδε τοι λεγοίμην νομίζειν καὶ χρῆσθαι. Ad τὸ πλῆθος addidit τὸ φαυλότερον quo vulgus ab illis, quos dixerat, sapientibus distingueret, *non ita doctum vulgus* vocans.

427. Nonnus XLV. 246. οὗτος ἀνήρ, σκηπτοῦχε, τεὴν οἴστρησεν Ἀγαύην.

433. Distinguitur vulgo, ἔμενέ τε, τοὐμὸν εὐτρεπὲς ποιούμενος. Locutionem illam εὐτρεπὲς ποιεῖσθαι, quae significat *apparare, paratum reddere*, bene explicuit Elmsleius, qui sensum Eu-

κἀγὼ δι' αἰδοῦς εἶπον· ὦ ξέν', οὐχ ἑκὼν
ἄγω σε, Πενθέως δ', ὅς μ' ἔπεμψ', ἐπιστολαῖς.
ἃς δ' αὖ σὺ Βάκχας εἷρξας, ἃς συνήρπασας,
κἄδησας ἐν δεσμοῖσι πανδήμου στέγης,
φροῦδαί γ' ἐκεῖναι λελυμέναι πρὸς ὀργάδας

---

ripidis verborum, non, ut Musgravio visum erat, esse putat, *meam operam facilem reddens*, sed, *facilem sibi reddens*, quod esse, *placide et patienter ferens.* Ego quidem fateor, me non satis perspicere, quomodo haec interpretatio cum verbis illis conciliari possit. Immo multo simplicius haec intelligi posse puto: *exspectabat, meum officium praeparans*, i. e. se ad id, quod mei officii esset, parans. Verum et praecedentia et sequentia moverunt me, ut post *τοὐμὸν* distinguerem, quod sic omnia aptius cohaerere viderentur; *exspectabat, ut ego meum officium facerem, paratum id mihi reddens: ego vero, pudore tactus, invitum me eum abducere dixi.* Potuerat quidem dicere, *τὸ ἑαυτοῦ εὐτρεπὲς ποιούμενος*, sed quoniam hoc nihil aliud est, quam quod *τοὐμὸν* vocat, ad hoc transtulit verbum *εὐτρεπές*, iniectionem vinculorum in mente habens, quae fieret eo, quod ipse vinciret, ille autem vinciretur.

436. Nonnus XLV. 274. *θυελλήεσσα δὲ Βάκχη ἄστατα δινηθεῖσα ποδῶν ῥητάρμονι παλμῷ ἀῤῥαγέων ἀνέκοπτε παλίλλυτον ὁλκὸν ἱμάντων, καὶ παλάμαις κροτάλιζεν ἐλεύθερον εὔιον ἠχὼ εὐρύθμοις πατάγοισιν· ὑπὸ στροφάλιγγι δὲ ταρσῶν χαλκοβαρὴς σφριγόωσα ποδῶν ἐσχίζετο σειρή.* Et v. 282. *καὶ σκοτίου πυλεῶνες ἀνεπτύσσοντο βερέθρου αὐτόματοι, τρομερῷ δὲ τεθηπότες ἅλματι ταρσῶν Βασσαρίδων βρύχημα καὶ ἄγριον ἀφρὸν ὀδόντων, εἰς φόβον ἠπείγοντο φυλάκτορες· αἱ δὲ φυγοῦσαι νόστιμον ἴχνος ἔκαμψαν ἐρημάδος εἰς ῥάχιν ὕλης.*

σκιρτῶσι, Βρόμιον ἀνακαλούμεναι θεόν.
αὐτόματα δ' αὐταῖς δεσμὰ διελύθη ποδῶν,
κλῇδές τ' ἀνῆκαν θύρετρ' ἄνευ θνητῆς χερός.
πολλῶν δ' ὅδ' ἁνὴρ θαυμάτων ἥκει πλέως
εἰς τάσδε Θήβας. σοὶ δὲ τἄλλα χρὴ μέλειν.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

μέθεσθε χειρῶν τοῦδ'. ἐν ἄρκυσιν γὰρ ὢν,
οὐκ ἔστιν οὕτως ὠκὺς ὥστε μ' ἐκφυγεῖν.
ἀτὰρ τὸ μὲν σῶμ' οὐκ ἄμορφος εἶ, ξένε,
ὡς εἰς γυναῖκας, ἐφ' ὅπερ εἰς Θήβας πάρει.
πλόκαμός τε γάρ σου ταναὸς οὐ πάλης ὕπο,
γένυν παρ' αὐτὴν κεχυμένος, πόθου πλέως·
λευκὴν δὲ χροιὰν εἰς παρασκευὴν ἔχεις,
οὐχ ἡλίου βολαῖσιν, ἀλλ' ὑπὸ σκιᾶς,
τὴν Ἀφροδίτην καλλονῇ θηρώμενος.
πρῶτον μὲν οὖν μοι λέξον, ὅστις εἶ γένος.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

οὐ κόμπος οὐδείς· ῥᾴδιον δ' εἰπεῖν τόδε.
τὸν ἀνθεμώδη Τμῶλον οἶσθά που κλύων.

---

444. Editi λάζυσθε, quod in Pal. ut diversa lectio adnotatum. Codd. enim μαίνεσθε. Unde Burgesius μέθεσθε coniecit, quod recipiendum duxi. Omitti manus hospitis iubet, quod in media urbe conspectuque suo haud ita facile eum effugiendi opportunitatem inventurum putat. Infra vero v. 496. rursus eum vinciri iubet.

448. Non videtur mihi ad verba οὐ πάλης ὕπο posse τραφεὶς intelligi, sed verum vidisse Porsonum puto, qui ad Aristoph. Eccl. 115. οὐ πάλης ὕπο idem esse quod ὑπ' ἀγυμνασίας putat. Comam enim alere mollitiei signum.

450. *Εἰς παρασκευήν* nego dici posse pro ἐκ

ΠΕΝΘΕΥΣ.

οἶδ', ὃς τὸ Σάρδεων ἄστυ περιβάλλει κύκλῳ.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

ἐντεῦθέν εἰμι. Λυδία δέ μοι πατρίς.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

πόθεν δὲ τελετὰς τάσδ' ἄγεις εἰς Ἑλλάδα;

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

Διόνυσος ἡμᾶς εἰσέβησ', ὁ τοῦ Διός.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

Ζεὺς δ' ἔστ' ἐκεῖ τις, ὃς νέους τίκτει θεούς;

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

οὔκ, ἀλλ' ὁ Σεμέλης ἐνθάδε ζεύξας γάμους.

παρασκευῆς, sed proprie dictum est *ad apparatum*, referturque ad verba, *τὴν Ἀφροδίτην καλλονῇ θηρώμενος*. Candidum, inquit, colorem cutis habes ad eum finem, ut te amoribus captandis apparares.

459. Vulgata scriptura *εὐσέβησ'* non potuit facilius aut aptius emendari, quam factum est ab Abreschio. Itaque huius coniecturam, plerisque criticis merito probatam, recepi.

461. Ald. et Pal. *οὔκ, ἀλλ' ὃς Σεμέλης ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμοις*. Sic etiam Laur. et MSS. Par. nisi quod *ὁ* pro *ὃς* habent. Paris. G. *γάμους*. MSS. Stephani habere dicuntur *Σεμέλην*, unde Canterus, *οὔκ, ἀλλὰ Σεμέλην ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμοις*, quod recepit Elmsleius. At hoc ad sententiam non recte habet. Nam quum Penthei interrogatione hoc contineatur, an alius quispiam in Lydia Iuppiter sit, responderi debet, non esse, sed eumdem illum, qui Thebis colatur, ibique Bacchum genuerit. Quin etiam si Penthei verbis hoc tantum significari velis, an Iuppiter illic novos deos gignat, prava erit responsio, si dicetur: *non, sed Semelen hic compressit*. Nam

ΠΕΝΘΕΥΣ.
πότερα δὲ νύκτωρ σ', ἢ κατ' ὄμμ' ἠνάγκασεν;
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
ὁρῶν ὁρῶντα, καὶ δίδωσιν ὄργια.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
τὰ δ' ὄργι' ἐστὶ τίν' ἰδέαν ἔχοντά σοι;
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
ἄῤῥητ' ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
ἔχει δ' ὄνησιν τοῖσι θύουσιν τίνα;

---

nec responderetur ad id, quod interrogatum esset, et *Σεμέλην* male esset in initio collocatum, quum nulla oppositio in hoc nomine insit. Eadem ratio est Scaligeri et Reiskii coniecturae, *οὐκ, ἀλλὰ Σεμέλης ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμους.* Bene vero Musgravius emendavit, *οὐκ, ἀλλ' ὁ Σεμέλην ἐνθάδε ζεύξας γάμοις*, quod receperunt Brunckius et Matthiae. Sed quum libri, quorum certa fides est, omnes *Σεμέλης*, et unus codex *γάμους* habeat, facilior, simulque exquisitior scriptura praeferenda erat, *οὐκ, ἀλλ' ὁ Σεμέλης ἐνθάδε ζεύξας γάμους.*

462. Nihil vitii est in verbo *ἠνάγκασεν*, quod nihil aliud significat, quam *iussit*, ut in Hel. 434. Sed non attenderunt interpretes ad sententiam loci, quae perinepta foret, si Pentheus interrogaret, noctune an interdiu initiatus ille sacris esset. Immo respiciens ea, quae hospes v. 459. dixerat, *Διόνυσος ἡμᾶς εἰσέβησ' ὁ τοῦ Διός,* nunc interrogat, quo pacto eum ad sacra ista celebranda adduxerit deus, utrumne per insomnium monens, i. e. *νύκτωρ*, an *κατ' ὄμμα,* coram ipse apparens. Eo pertinet, quod hospes respondet, *ὁρῶν ὁρῶντα.*

466. Quum in cod. Laur. *τίνα* scriptum sit, in caeteris autem pronomen non sit interroga-

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

οὐ θέμις ἀκοῦσαί σ', ἔστι δ' ἄξι' εἰδέναι.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

εὖ τοῦτ' ἐκιβδήλευσας, ἵν' ἀκοῦσαι θέλω.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

ἀσέβειαν ἀσκοῦντ' ὄργι' ἐχθαίρει θεοῦ.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

τὸν θεὸν ὁρᾶν γὰρ φὴς σαφῶς, ποῖός τις ἦν;

---

tivum, non liquere sibi ait Elmsleius, utra melior scriptura sit. Miror vero etiam alios praetulisse *τινά*. Nam ne Pentheus quidem, opinor, quamvis contemnens cultum Bacchi, interrogaret, ecquam utilitatem haberent illa sacra, quia nimis incredibile est, celebrari a quoquam, si inutilia viderentur: multo magis autem hospes ineptus esset, si negaret sibi dicere fas esse, utrum utilia an inutilia essent, sed tamen digna esse, quae quis cognosceret.

470. Aldina: *τὸν θεὸν γὰρ ὁρᾶν σὺ φὴς σαφῶς, ποῖός τις ἦ;* Pal. *τὸν θεὸν γὰρ ὁρᾶν φὴς σαφῶς ποῖος τις ἦ*, a correctore supra scripto *σύ*. Laur. *τὸν θεὸν γὰρ ὁρᾶν φὴς σαφῶς ποῖός τις ὤν*, quae est etiam MSS. Paris. E. scriptura. In his permirum, unde ortum sit *ὤν*. Nam etiam si scribas *ποῖος, τίς ὤν*, ut id dictum sit pro, *τίς ὤν, ποῖος ἦν*; *qui ille deus et qualis esset*, tamen hoc parum aptum foret, quia, quum sciat Pentheus novum quempiam deum esse Bacchum, non potest recte interrogare, qui ille sit: non est enim omnino aliquis illorum, quos Pentheus esse deos credit. Elmsleius edidit, *τὸν θεὸν ὁρᾶν γὰρ φὴς σαφῶς, ποῖος τίς ἦν*, sive potius, ut in adnotatione scriptum est, (nam in textu accentum a typographo aliter quam debebat positum puto) *ποῖός τις ἦν*. Sensum esse vult: *qualis erat deus? nam aperte te eum vidisse dicis.* Posse ita hunc ver-

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
ὁποῖός ἤθελ᾽. οὐκ ἐγὼ ᾽τασσον τόδε.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
τοῦτ᾽ αὖ παρωχέτευσας εὖ, κοὐδὲν λέγων.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
δόξει τις ἀμαθεῖ, σοφὰ λέγων, οὐκ εὖ φρονεῖν.

---

sum intelligi, non nego: sed offensionem habet illud, quod sic nullo modo haec interrogatio cum praecedentibus cohaeret. Nam etsi nunc de alia plane re, quam de quibus modo dictum erat, interrogat Pentheus, tamen non ita abrupte loqui debebat, sed ipsa forma orationis indicare, ad aliud se transire. At id ipsum in eadem scriptura inest, si verba simpliciter eo ordine, quo posita sunt, construimus: *dicis igitur te deum coram vidisse, qualis esset?* De illo usu particulae γὰρ in interrogatione bene disseruit Hoogeveenus. Caeterum σύ, quod libri quidam habent, metricis deberi videtur, versum, ubi γὰρ locum suum commutaverat, restituere volentibus.

471. Sensus est: *ea ille mihi forma apparuit, qua volebat conspici: non enim ego, qualem indueret, praecipiebam.*

472. Haeserunt interpretes in verbis, κοὐδὲν λέγων, in quibus sane καὶ abesse poterat. Elmsleius videndum ait, an eadem sit constructio, ut apud Sophoclem Oed. R. 740. τὸν δὲ Λάϊον, φύσιν τίν᾽ εἶχε, φράζε, τίνα δ᾽ ἀκμὴν ἥβης ἔχων. Mihi in hoc loco ἔχων pendere videtur ex eo, quod illa, φύσιν τίν᾽ εἶχε, dicens cogitabat, τίς ἦν φύσιν. Euripidis verba, etsi fateor omitti potuisse καί, ita intelligenda puto: *hoc quoque declinasti scite, et ut nihil diceres.*

473. Apud Stobaeum Serm. IV. legitur, οὐκ εὖ λέγειν, quod non praeferam ei scripturae, quam Euripidis libri habent. Non ita in promptu est,

ΠΕΝΘΕΥΣ.
ἦλθες δὲ πρῶτα δεῦρ' ἄγων τὸν δαίμονα;
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
πᾶς ἀναχορεύει βαρβάρων τάδ' ὄργια.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
φρονοῦσι γὰρ κάκιον Ἑλλήνων πολύ.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
τάδ' εὖ γε μᾶλλον. οἱ νόμοι δὲ διάφοροι.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
τὰ δ' ἱερὰ νύκτωρ ἢ μεθ' ἡμέραν τελεῖς;
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
νύκτωρ τὰ πολλά. σεμνότητ' ἔχει σκότος.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
τοῦτ' εἰς γυναῖκας δόλιόν ἐστι καὶ σαθρόν.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
κἀν ἡμέρᾳ τό γ' αἰσχρὸν ἐξεύροι τις ἄν.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
δίκην σε δοῦναι δεῖ σοφισμάτων κακῶν.

---

quid dicat, ut id statim quivis perspiciat. Nam quum Pentheus hospitem non dixisset *οὐκ εὖ φρονεῖν*, sed e contrario callide loquutum fassus esset, qui potest ille dicere, se tamen *εὖ φρονεῖν*? Nimirum Pentheus illum ludere existimabat, et, quum posset vera dicere, callide invento praetextu detrectare responsionem. Ad id ille in hanc sententiam respondet: *facile quis stulto, etiam si sapienter dicat, desipere et non, quid dicendum sit, cogitare videbitur.* Hoc enim in mente habet: quum dicat, talem sibi apparuisse deum, qualis voluisset apparere, non intelligere Pentheum, id sibi ipsi dici, qui quem coram videat atque intueatur hospitem, non animadvertat deum esse, cui hanc hospitis personam induere libuerit.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
σὲ δ' ἀμαθίας γε, κἀσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
ὡς θρασὺς ὁ Βάκχος, κοὐκ ἀγύμναστος λόγων.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
εἴφ' ὅ τι παθεῖν δεῖ. τί με τὸ δεινὸν ἐργάσει;
ΠΕΝΘΕΥΣ.
πρῶτον μὲν ἁβρὸν βόστρυχον τεμῶ σέθεν.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
ἱερὸς ὁ πλόκαμος. τῷ θεῷ δ' αὐτὸν τρέφω.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
ἔπειτα θύρσον τόνδε παράδος ἐκ χεροῖν.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
αὐτός μ' ἀφαιροῦ. τόνδε Διονύσου φορῶ.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
εἱρκταῖσί τ' ἔνδον σῶμα σὸν φυλάξομεν.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
λύσει μ' ὁ δαίμων αὐτός, ὅταν ἐγὼ θέλω.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
ὅταν γε καλέσῃς αὐτὸν ἐν Βάκχαις σταθείς.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
καὶ νῦν ἃ πάσχω, πλησίον παρὼν ὁρᾷ.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
καὶ ποῦστιν; οὐ γὰρ φανερὸς ὄμμασίν γ' ἐμοῖς.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
παρ' ἐμοί. σὺ δ' ἀσεβὴς αὐτὸν ὢν οὐκ εἰσορᾷς.

---

492. Recte Aldina non habet comma post αὐτόν. Cohaerent enim omnia: *quum quidem tu inter Bacchas eum invocabis:* ad quas scilicet tibi non est reditus.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

λάζυσθε. καταφρονεῖ με καὶ Θήβας ὅδε.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

αὐδῶ με μὴ δεῖν, σωφρονῶν, οὐ σώφροσιν.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

ἐγὼ δὲ δεῖν γε, κυριώτερος σέθεν.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

οὐκ οἶσθ' ὅτι ζῇς οὐδ' ὁρᾷς οὐδ' ὅςτις εἶ.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

Πενθεύς, Ἀγαυῆς παῖς, πατρὸς δ' Ἐχίονος.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

ἐνδυςτυχῆσαι τοὔνομ' ἐπιτήδειος εἶ.

---

496. Nonnus XLV. 254. δήσατε, δήσατε τοῦτον, ἐμῶν συλήτορα θώκων· οὗτος ἐμοῖς σκήπτροισι κορύσσεται· αὐτὸς ἱκάνει Καδμείην ἐθέλων Σεμέλης πατρώϊον ἕδρην.

497. Vide ad v. 444.

499. Ald. οὐκ οἶσθ' ὅτι ζῇς, οὐδ' ὁρᾷς, οὔθ' ὅςτις εἶ. Ex codd. nihil diversitatis adnotatum. Quum haec aperte corrupta sint, lenissimam iudicavi eam emendationem, quae una tantum littera mutata aptum sensum praeberet. *Οὐδ'* enim scripsi pro *οὔθ'*, interpunctionibus deletis. Sensus est: *nescis te vivere, et non videre ne qui sis quidem.* H. e. *vivis, et tamen ne illud quidem, qui sis, vides.* Ad quod ille respondet, bene se id scire, Pentheum se esse Agauae atque Echionis filium.

501. In iis, quae docte ad h. l. adnotavit Elmsleius, tamen neque ita frigidae mihi videntur istae nominum derivationes, neque malus fuisse grammaticus Aeschylus, qui Apollinis nomen a verbo *ἀπολλύναι* ductum putaverit: quo nihil verius esse, in iis, quae ad Creu-

ΠΕΝΘΕΥΣ.

χώρει. καθείρξατ' αὐτὸν ἱππικαῖς πέλας
φάτναισιν, ὡς ἂν σκότιον εἰςορᾷ κνέφας.
ἐκεῖ χόρευε. τάςδε δ', ἃς ἄγων πάρει
κακῶν συνεργούς, ἢ διεμπολήσομεν,
ἢ χεῖρα δούπου τοῦδε καὶ βύρσης κτύπους
παύσας, ἐφ' ἱστοῖς δμωΐδας κεκτήσομαι.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

στείχοιμ' ἄν. ὅ τι γὰρ μὴ χρεών, οὔτοι χρεὼν
παθεῖν. ἀτάρ τοι τῶνδ' ἄποιν' ὑβρισμάτων

---

rerum de mythologia Graecorum scripsi, ostendisse mihi videor. Nonnus XLVI. 73. σοὶ τάχα μᾶλλον ἔθεντο προμάντιες οὔνομα Μοῖραι ὑμετέρου θανάτοιο προάγγελον· αἰνοπαθῆ δὲ οὐ νέμεσις Πενθῆα πεδοτρεφέος γενετῆρος γηγενὲς αἷμα φέροντα φέρειν μίμημα Γιγάντων· οὐ νέμεσις καὶ Βάκχον Ὀλύμπιον αἷμα γενέθλης Ζηνὸς ἔχειν μίμημα γιγαντοφόνοιο τοκῆος. Frigide vero in Theocr. XXVI. 26. ἐξ ὄρεος πένθημα, καὶ οὐ Πενθῆα φέροισαι.

503. Quum haec proprie intelligenda videantur, quia locus iste infra 541. σκότιαι εἱρκταί et v. 604. σκοτειναὶ ὀρκάναι vocatur, debebat, si sensus est, *ut sit in tenebris*, potius ὡς σκοτεινὸν εἰςορᾷ κνέφας dici, sine particula ἄν, ut in re certa. Itaque quum addita sit ea particula, sic ferme vim eius declares: *ut, si libet, tenebras adspiciat.* Nonnus saepius huius obscuri carceris meminit, ut XLV. 267. ubi de Baccharum phalange dicit, δέσμιον εὐρώεντι κατεσφρήγισσε μελάθρῳ. Et σκότιον βέρεθρον v. 282.

506. Vulgo κτύπον. Praetuli optimi cod. Pal. scripturam, propterea quod variare constructionem amant tragici.

509. Ἀτάρ τοι recte se habere puto: *sed profecto.* Nos illud τοί per *ja* exprimimus.

μέτεισι Διόνυσός σ', ὃν οὐκ εἶναι λέγεις.
ἡμᾶς γὰρ ἀδικῶν, κεῖνον εἰς δεσμοὺς ἄγεις.

ΧΟΡΟΣ.

στροφή.

Ἀχελῴου θύγατερ,
πότνι', εὐπάρθενε Δίρκα,
σὺ γὰρ ἐν σαῖς ποτὲ παγαῖς
τὸ Διὸς βρέφος ἔλαβες,
ὅτε μηρῷ πυρὸς ἐξ ἀ-
θανάτου Ζεὺς ὁ τεκὼν ἥρ-
πασέ νιν, τάδ' ἀναβοάσας·
ἴθι, Διθύραμβ', ἐμὰν ἄρ-
σενα τάνδε βᾶθι νηδύν·
ἀναφαίνω σε τόδ', ὦ Βάκ-
χιε, Θήβαις ὀνομάζειν.
σὺ δέ μ', ὦ μάκαιρα Δίρκα,
στεφανηφόρους ἀπωθῇ

---

512. Lacunae signa posuerant editores, versum excidisse rati, quem nullum excidisse ad v. 530. ostendam.

521. Aldin. ἀναφανῶ. Elmsleius dubitanter meam emendationem ἀναφαίνω recepit, ipse suspicatus subiunctivum ἀναφάνω reponendum esse. In quo ei assentiri non possum, quia subiunctivus alienus est ab hoc loco. Non enim ut Dithyrambus vocari possit Bacchus, inire eum femur suum vult Iuppiter, sed quia conditus sit femore, isto se nomine eum appellare dicit. Neque Euripides est malus grammaticus, sed qui primi istam derivationem nominis, ab Arione, ut Herodotus I. 23. ait, inventi, excogitarunt, quos ille est auctores sequutus.

523. Elmsleius coniicit, ὦ πότνια Δίρκα. Ita sane in antistrophico versu vulgata scriptura

θιάσους ἔχουσαν ἐν σοί.
τί μ' ἀναίνῃ; τί με φεύγεις;
ἔτι, ναὶ τὰν βοτρυώδη
Διονύσου χάριν οἴνας,
ἔτι σοι τοῦ Βρομίου μελήσει.
ἀντιστροφή.
ἀναφαίνει χθόνιον
γένος, ἐκφύς τε δράκοντός
ποτε Πενθεύς, ὃν Ἐχίων
ἐφύτευσε χθόνιος,

---

servari poterit. Sed tamen tam aptum hic vocabulum est *μάκαιρα*, quoniam beatas praedicat Thebas chorus propter Bacchi sacra, ut id nolim cum alia voce commutari.

530. Ante hunc versum libri habent alium, qui hic est, *οἵαν, οἵαν ὀργάν*, a nullo critico in suspicionem adductum. Egregia vero adnotatio in cod. Laur. *περισσόν*. Tantum abest enim, ut hic versus, quemadmodum Elmsleius existimat, salva sententia omitti nequeat, ut aperte additus sit a correctore, qui sensum verborum non perceperat. Additus languidam reddit sententiam inutili tautologia. Nam quod addito versu isto exclamat chorus, quale, quale Pentheum ingenium prodere, id ipsum quale sit, sequentibus verbis describit. At vero Euripides verbum *ἀναφαίνει* primo cum accusativo, deinde cum participio *ἐκφύς* construxit, ut *δείξει γεγώς*, et alia plurima dicuntur. Hoc dicit: *ostendit Pentheus terrigenam originem suam, et e dracone se natum esse, quem Echion procreavit immane monstrum et hominem nehominem, sed velut gigantem adversantem diis.* Itaque delevi versum illum. Nonnus XLIV. 210. *ἐπεὶ δυσμήχανος Ἥρη ὀψίγονον Τιτῆνα νέῳ θώρηξε Λυαίῳ.* Rhodomanni emendatio est *νέῳ* pro *ἐμοί*.

ἀγριωπὸν τέρας, οὐ φῶ-
τα βρότειον, φόνιον δ' ὥς-
τε γίγαντ' ἀντίπαλον θεοῖ-
σιν· ὅ μ' ἐν βρόχοισι τὰν τοῦ
Βρομίου τάχα ξυνάψει,
τὸν ἐμὸν δ' ἔντος ἔχει δώ-
ματος ἤδη θιασώταν,
σκοτίαισι κρυπτὸν εἱρκταῖς.
ἐσορᾷς τάδ', ὦ Διὸς παῖ
Διόνυσε, σοὺς προφήτας
ἐν ἁμίλλαισιν ἀνάγκας;
μόλε, χρυσῶπα τινάσσων,
ἄνα, θύρσον κατ' Ὄλυμπον,

---

536. 537. Ald. *θεοῖ-σιν· ὃς με βρόχοισι*. Elmsleius, *θεοῖς. ὃς με βρόχοισι*, sed coniiciens, *θεοῖς. ἐμὲ μὲν βρόχοισι*. Scripsi, metro iubente, *θεοῖ-σιν· ὅ μ' ἐν βρόχοισι*. *Ὅ* pro *ὅς* non alienum a choris tragicorum esse, ipse monstravit Elmsleius ad v. 468. ex Hippol. 525.

541. Vulgo, *σκοτίαις κρυπτὸν ἐν εἱρκταῖς*. Accommodavi haec strophico versui, qui est 523. ad quem vide.

545. Nullo modo, si quid ego video, per posituram verborum *χρυσῶπα*, ut Elmsleio placet, ad *Ὄλυμπον* referri potest, sed est ea vox cum *θύρσον* coniungenda, qui quod hederae flores, quorum croceus color est, habet, ita dicitur. Nonno thyrsus vocatur *οἴνωψ* et *κεκορυθμένος αἴθοπι κισσῷ*.

546. Vulgo, *τινάσσων ἀνὰ θύρσον*. Pal. *ἀναθυρσὸν*. Insolentem esse illam tmesin *τινάσσων ἄνα*, praepositione postposita, iure monet Elmsleius. Ego non dubitavi *ἄνα*, ut vocativum ab *ἄναξ*, a reliquis verbis separare. Rara ea forma apud tragicos, sed tamen non prorsus repudiata.

φονίου δ' ἀνδρὸς ὕβριν κατάσχες.
ἐπῳδός.
πόθι Νύσης ἄρα τᾶς θη-
ροτρόφου θυρσοφορεῖς
θιάσους, ὦ Διόνυσ', ἢ
κορυφαῖς Κωρυκίαις;
τάχα δ' ἐν τοῖς πολυδένδρεσ-
σιν Ὀλύμπου θαλάμοις, ἔν-
θα πότ' Ὀρφεὺς κιθαρίζων
σύναγεν δένδρεα Μούσαις,
σύναγεν θῆρας ἀγρώτας.
μάκαρ ὦ Πιερία,
σέβεταί σ' Εὔιος, ἥξει
τε χορεύσων ἅμα βακχεύ-
μασι· τόν τ' ὠκυρόαν
διαβὰς Ἀξιὸν εἱλισ-
σομένας Μαινάδας ἄξει,

Sophocles Oed. Col. 1485. *Ζεῦ ἄνα, σοὶ φωνῶ.* Aliter sedes suas permutare debebunt *μόλε* et *ἄνα.*

548. Elmsleius *Νύσας.* Libri *Νύσης*, quod servavi, quamvis mira videri possit communis inter Doricas formas. Sed quum in hoc genere tragici saepe aures consuluisse videantur, nihil iis temere obtrudendum puto. Ionica forma *Νύσης*, ut epicis usurpata, non est vulgaris visa, ut opinor: hic autem eam, ne quattuor continuae syllabae *α* haberent, praetulisse Euripidem puto.

552. Matthiae, quem sequutus est Elmsleius, *πολυδένδροισιν.* Libri *πολυδένδρεσσιν*, quae quamvis insolentior, tamen poetica forma videtur. Similia attulit Lobeckius, vir exquisitae doctrinae, ad Phryn. p. 185.

Λυδίαν τε, τὸν εὐδαιμονίας
βροτοῖς ὀλβοδόταν
πατέρα τε, τὸν ἔκλυον
εὔιππον χώραν ὕδασιν
καλλίστοισι λιπαίνειν.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

Ἰώ,
κλύετ' ἐμᾶς, κλύετ' αὐδᾶς,
ὦ Βάκχαι, ἰὼ Βάκχαι.

ΧΟΡΟΥ ἡ α'.

τίς ὅδε; τίς, πόθεν ὅδ' ὁ κέλαδος ἀνά μ' ἐκάλεσεν Εὐίου;

---

563. Libri *Λυδίαν τε τὸν τᾶς εὐδαιμονίας*. Articulum *τᾶς* et sensus et metri caussa delevi. Fluvii, quem Harpocratio *Λοιδίαν*, Strabo *Λουδίαν*, alii *Λυδίαν* vocant, verum nomen Ludias fuisse videtur, quod alii *Λυδίαν*, alii Aeolice *Λουδίαν*, prima syllaba correpta, scribebant. Sic bene se habent metra. Ea ita distinxi, ut tres tantum postremi versus non sint Ionici. Eorum primus iambicus est, secundus Glyconeus, tertius Pherecrateus.

570. Quod Elmsleius dedit, *ὦ Βάκχαι, ἰὼ Βάκχαι*, quum ante eum bis *ἰὼ Βάκχαι* scriptum esset, confirmatur versu antistrophico, *ὁ Σεμέλας, ὁ Διὸς παῖς*. Fugit hoc Elmsleium, antistrophica esse, quae hic dicit Bacchus, nisi quod strophae praemissum *ἰώ*: quod tamen nemo non videt, quam facile etiam antistrophae addi possit. Quamquam eo non opus est. Ita mox v. 586. *ἆ ἆ* versibus interpositum non habet, quod ei respondeat.

571. Post *πόθεν* inserui *ὅδ'*. Est enim hic versus trochaicus tetrameter catalecticus. Nam finito

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

ἰὼ ἰώ, πάλιν αὐδῶ,
ὁ Σεμέλας, ὁ Διὸς παῖς.

ΧΟΡΟΥ ἡ β΄.

ἰὼ ἰὼ δέσποτα, δέσποτα,
μόλε νυν ἡμέτερον εἰς θίασον. ὦ
Βρόμιε, Βρόμιε, πέδον χθονὸς
ἔνοσι πότνια.
ἆ ἆ,
τάχα τὰ Πενθέως μέλαθρα διατι-

---

chori carmine chorum repentina voce Bacchi exterritum non statim meicis versibus pergere, sed aliquo communis sermonis, sed illo tamen supra iambos alacri numero uti conveniebat. Is est autem trochaicus, qui praeludit scenae insequenti, quae eo est metro scripta. Personae notam, quum aperte hic singulae aliquae ex Bacchis loquantur, feci χοροῦ ἡ α΄. In libris χορός.

574. Chori persona adscripta in libris.

576. Elmsleius cum aliis editoribus commate post θίασον, puncto post secundum Βρόμιε interpunxit, deinde autem scripsit πέδον χθονὸς ἔνοσι πότνια, quum pro librorum scriptura πέδον Musgravius πέδων coniecisset. At pluralem huius nominis non esse in usu, recte adnotatum ab Elmsleio est. Matthiae edidit, πέδον χθονὸς, ἔνοσι πότνια. Quod quum Elmsleius quo sensu accipiendum sit non liquere sibi dicit, indicare mihi videtur, se non ita loquutos putare Graecos. Id quod verissime iudicavit vir doctissimus. Videtur Matthiae sensum his verbis hunc tribuisse: *solum terrae, o divina concussio*, ut chorus terram contremiscere sentiens, quum illud ipsum addere deberet *contremiscit*, perterritus omittat verbum, digitis terram monstrans. At isto modo hodie scriptores

νάξεται πεσήμασιν.

ΧΟΡΟΥ ἢ γ΄.

ὁ Διόνυσος, ὁ Διόνυσος ἀνὰ μέλαθρα. σέβετέ νιν.

---

tragoediarum talia significant: veteres non fecerunt, quos in scenam produxerunt, tam inconcinna oratione, quae alienissima est a tragoediae dignitate, utentes. Praeterea si verbis istis quocunque modo scriptis terram moveri significatur, vel quod sequitur *ἃ ἅ*, vel alia similis exclamatio praecedere debebat. Id quum res ipsa, tum mos tragicorum exigit. Eam ob caussam, etiam si quis cum Elmsleio *πέδον* scribendum putabit, tamen interpunctionem plenam ante hoc nomen probari non posse intelligitur. Mihi visus est hic locus omni posse emendatione carere, si, quod feci, ita, ut in Aldina, et scribitur et interpungitur. Audita iterum voce Bacchi chorus, sive potius una Baccharum advenire eum iubet, *μόλε νυν ἡμέτερον εἰς θίασον.* Haec ubi dixerat, terram concuti sentit, eaque re territa exclamat, *ὦ Βρόμιε, Βρόμιε, πέδον χθονὸς ἔνοσι πότνια,* verbo *ἔνοσι* cum accusativo constructo. Nam in mente habet, *ὦ Βρόμιε, ὃ πέδον χθονὸς κινῶν.* Id videtur satis posse ex epitheto *πότνια* colligi, quod, nisi Bacchum ipsum diceret, vereor ne non posset apte explicari. Ita autem quum exclamavit, iterum et gravius concutitur solum: unde *ἃ ἅ* dicit, et quae sequuntur. Nonnus XLV. 326. *ὕλη δ᾽ ἐλελίζετο Θήβη, καὶ φλογεροὺς σπινθῆρας ἀνηκόντιζον ἀγυιαί· σείετο πάντα θέμεθλα, καὶ ὡς βοέων ἀπὸ λαιμῶν ἀκλινέες πυλεῶνες ἐμυκήσαντο μελάθρων.*

581. Aldina hunc versum in duos divisum choro sine interpunctione continuat: versui 582. autem praefigit *ἡμι.* Verba *σέβετέ νιν* in utroque cod. Paris. Baccho tribuuntur. Et ita Brunckius. Tyrwhittum hic vehementer miror, qui quum cle-

ΧΟΡΟΥ ἡ δ'.
σέβομεν ὦ. ἴδετε λάϊνα
κίοσιν ἔμβολα

---

gantissimo esset iudicio, tamen hunc versum Baccho adscripserit. Sequuti eum sunt Matthiae et Elmsleius. Laudo vero Musgravium, qui personas chori inter se ipsas colloqui viderit. Nihil enim Bacchus, mea sententia, ineptius, quam haec verba, dicere potuisset. Quid enim? nonne iam antea satis aperte dixerat, *πάλιν αὐδῶ, ὁ Σεμέλας, ὁ Διὸς παῖς?* Eumne, ubi concusso terrae solo, quassatisque aedibus Penthei etiam facto praesentiam suam testatus erat, iterum dixisse choro, quod ille et sciebat et oculis suis videbat? Immo, si quidquam, certum est, haec unius ex choro verba esse, verum esse affirmantis et facto extra dubitationem positum, adesse Bacchum ipsum, eamque ob rem cohortantis Bacchas, ut eum venerentur. Ad scripturam quod attinet, dubitari potest, an aliqua menda laboret. Totum carmen facile quis videat, nisi antistrophicum, saltem *παρομοιόστροφον* esse. Iam supra dictum, versus illos, quibus Bacchus chorum bis vocat, eodem metro scriptos esse, nisi quod *ἰώ* praemissum est strophae. Inter eas strophas medius est tetrameter trochaicus 571. quem habet chorus: et est ille mesodi instar. Quae deinde sequuntur, facile quis adduci potest, ut similes prioribus putet strophas duas esse: nam si verba, *ἰὼ ἰὼ δέσποτα δέσποτα*, exceperis, illa, *μόλε νυν*, et quae sequuntur, respondent his, *ὁ Διόνυσος ἀνὰ μέλαθρα*, et quae inde usque ad Bacchi verba sunt. Nam sicubi laesa esse aequalitas videbitur, aut exclamatio inserta est, ut *ἆ ἆ*, cui non necesse est ut aliquid respondeat, aut facillimum est restituere aequalitatem. Nam haec tantum sibi non respondent, primo, *θία-*

διάδρομα τάδε. Βρόμιος, ὃς ἀλα-

σον ὦ et θρα σέβετέ νιν; deinde ε πέδον χθονός et ἴδετε λάϊνα: nam quae sequuntur, ἔνοσι πότνια et κίοσιν ἔμβολα, ut dochmiaci, recte se habent. Respondebunt vero, ubi aut in stropha ἰώ, aut in antistropha σέβε νιν, tum vero ἴδε λάϊνα scripseris. At ἰὼ quidem scribi nolim, tum quia aptius hic videtur ὦ, tum quia non est verisimile, hunc pedem parapaeonicum esse, inter medios paeonicos. Neque vero σέβε νιν hic uni dictum placet: totus autem chorus, quem putandum est terrae motu perterrefactum ordinum stationes dissolvisse, non facile pro una persona haberi potuit, sed numero plurali erat compellandus. Praeterea alia inaequalitas ex personarum divisione nasceretur, quae removeri non potest, etiam si, quae ego secundae personae tribui, inter duas vel tres dividi placuerit. Quare sic potius censeo, ut initio inter duas Bacchi strophas prima chori persona quasi mesodum ex trochaeis habebat, ita hic inter duas chori personarum strophas, quarum altera ultimis tantum prioris versibus respondeat, itidem ex trochaeis aliquam quasi mesodum a tertia chori persona cani. Quae mesodus quum videatur illi priori mesodo respondere, geminavi verba ὁ Διόνυσος, semel illa scripta in libris, quae nemo diffitebitur aptissime hic iterari. In iis, quae sequuntur, valde placeret ἴδε λάϊνα: hoc enim recte potuit numero singulari dici. Atque ita plane hic versus illi responderet, Βρόμιε, Βρόμιε, πέδον χθονός. Videndum tamen, an etiam, si ἴδετε legitur respondeat, nempe correpto ὦ. Ex libris nihil adnotatum habemus, nisi in Pal. esse, ἴδετε τὰ λάϊνα ἔμβολα, omisso κίοσιν. Nonnus XLV. 336. ἀμφὶ δὲ τοίχους ἀντιπόρους σελάγιζε πολυσχιδὲς ἀλλόμενον πῦρ.

584. Libri, Βρόμιος ἀλαλάξεται στέγας ἔσω.

λάξεται στέγης ἔσω.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

ἅπτε κεραύνιον αἴθοπα λαμπάδα,
σύμφλεγε, σύμφλεγε δώματα Πενθέως.

Matthiae, *ὁ Βρόμιος.* Musgravius recte *Βρόμιος, ὅς*, modo ne reliqua etiam tentasset. Elmsleius futuri aliquanto minorem putat difficultatem fore, si haec verba Baccho e persona Lydii iuvenis loquenti tribuantur. Id mihi videtur nullo pacto fieri posse. Nemo nunc hospitem illum curat, sed ipsius Bacchi vocem audiverat chorus: ipse etiam Bacchus est, qui nemini conspectus sequentes duos versus dicit. Quid igitur sibi vult hospes iste? Non adest ille: intus autem si haec clamitaret, spectatores, qui eum non vident, non possent non Bacchum esse existimare. Bacchum autem hic dicere, se esse, qui vociferetur, non minus ineptum est, quam quod supra ad v. 581. notavimus. Nihil certius est, quam unius e choro haec verba esse. Neque in futuro est, quod quis haereat: difficilius enim explicatu praesens foret, quia nunc quidem nulla audita est Bacchi vox. Quum *ἀλαλάζειν* proprium sit verbum de laeto clamore, qui ob victoriam tollitur: quid mirum, si chorus columnas vacillantes domumque nutantem videns, Bacchum esse exclamat, qui mox punito Pentheo triumphaturus sit? Pro *στέγας* reposui *στέγης.* Nam in hoc trochaico numero, si harum rerum aliquem sensum habeo, offensioni fuisset forma Dorica.

586. 587. Hos vero versus recte Tyrwhittus Baccho tribuit, quem est Elmsleius sequutus. Ald. versui 586. et iterum versui 588. hemichorii personam apposuit, quod fecit etiam Matthiae. Brunckius pessime verba *Βρόμιος ἀλαλάξεται* usque ad *δώματα Πενθέως* uni hemichorio tribuit. Vox illa Bacchi est, qui in hac tota scena non conspici,

ΧΟΡΟΥ ἡ ε'.

ἆ ἆ,
πῦρ οὐ λεύσσεις, οὐδ' αὐγάζῃ,
Σεμέλας ἱερὸν ἀμφὶ τάφον, ἄν
ποτε κεραυνοβόλος ἔλιπε φλόγα
Δίου βροντᾶς;
δίκετε πεδόσε, δίκετε τρομερὰ
σώματα Μαινάδες.

---

sed audiri tantum putandus est. Non autem ille ignem iniici aedibus iubet, aut fulmen immitti, sed emicare imperat ignem illum, quo tumulus Semelae, ut in principio fabulae, ab eo inde tempore fumabat, quo caelesti flamma adustum corpus receperat. Eo spectant, quae statim chorus dicit.

590. 591. Post anapaesticum dimetrum qui duo versus leguntur, una numeri perpetuitate decurrunt, ita ut praeter primum pedem, qui est anapaestus, et ultimum, qui est iambus in tribrachum solutus, reliqui omnes paeones quarti sint.

592. Ald. *Διὸς βροντᾶς*. Pal. Laur. *δίου βροντᾶς*. Id Matthiae recepit: recte. Aldina enim scriptura non praebet catalexin, quae ferri posse videatur. Tum etiam multo exquisitius est *Δίου*. Recte Elmsleius *κεραυνοβόλος* de Semele intelligendum monet. Sensus est: *non vides ignem circa Semelae tumulum, quam illa fulmine tacta reliquit flammam de Iovis fulgure?* Vide in principio fabulae v. 8.

593. Fortasse haec alii ex Bacchabus, quam quae praecedentes versus habet, tribuenda sunt. Sed libri non adnotant novam personam. In cod. Pal. post v. 583. nullae sunt amplius in hoc carmine personarum distinctiones. Caeterum etiam si non accederet auctoritas Etymologici M. p. 279, 20. metrum ostendere debebat, hunc ordinem

ὁ γὰρ ἄναξ, ἄνω κάτω τιθεὶς, ἔπεισι
μέλαθρα τάδε, Διὸς γόνος.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

Βάρβαροι γυναῖκες, οὕτως ἐκπεπληγμέναι φόβῳ,
πρὸς πέδῳ πεπτώκατ'; ᾔσθησθ', ὡς ἔοικε, Βακχίου
διατινάξαντος τὰ Πενθέως δώματ'. ἀλλ' ἀνίστατε
σῶμα, καὶ θαρσεῖτε, σάρκας ἐξαμείψασαι τρόμον.

---

verborum, qui est in Etymologico, reponendum esse. Libri, *δίκετε πεδόσε τρομερὰ σώματα δίκετε Μαινάδες.* Versus sunt trochaici, praeter secundum, qui dochmiacus est.

596. In fine huius versus vulgo additum *Διόνυσος*, quod miror Elmsleium, recte an secus in cod. Pal. omissum sit, non nisi metri ratione cognita statui posse existimare. At quae tandem apertior potest metri ratio esse, quam numeri trochaici, qui addito isto verbo inauditam, omnique numero carentem catalexin habiturus esset? Quare etiam sine codicis illius gravissima auctoritate ineptum istud interpretamentum deleri debuerat.

599. Libri, *διατινάξαντος δῶμα Πενθέως. ἀλλ' ἐξανίστατε.* Nolo multis ostendere, cur parum venusta, ideoque ne probabilia quidem sint, quae quidam viri docti coniecerunt. In tali loco praeferendum id, quod quia maxime simplex est, scriptori ipsi in mentem venisse facillime credi potest. Id est autem hic, quod Musgravius coniecit, et Brunckius ac Matthiae receperunt.

600. Placuit fere viris doctis *σαρκὸς ἐξαμείψασαι τρόμον*, a V. D. in Obss. Misc. T. II. p. 321. propositum. Reiskio etiam *σάρκας ἐξαμείψασαι τρόμων* vel *τρόμον* legi posse videbatur. Non

ΧΟΡΟΣ.

ὦ φάος μέγιστον ἡμῖν εὐίου βακχεύματος,
ὡς ἐςεῖδον ἀσμένη σε, μονάδ' ἔχουσ' ἐρημίαν.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

εἰς ἀθυμίαν ἀφίκεσθ', ἡνίκ' εἰςεπεμπόμην,
Πενθέως ὡς εἰς σκοτεινὰς ὀρκάνας πεσούμενος;

---

posse σάρκας cum θαρσεῖτε iungi, ut in Aldina factum, non est quod moneam. Sed si sequentibus iungitur, non video cur corrigi debeat. Ἐξαμείβειν τρόμον enim quum re idem sit, ac semet obfirmare, recte potest cum accusativo σάρκας construi. Quod genus constructionis apud tragicos usitatissimum est: v. Porson. ad Phoen. 500. et Seidlerum ad Iph. Taur. 1061. Quin etiam prosae orationis scriptores eo utuntur, et interdum ita, ut imperitioribus videri possint valde audacter loquuti esse, ut quum eum, qui vehementer aliquem timet, δέει θνήσκειν αὐτόν dicunt, quod est apud Demosthenem. Eadem construendi ratione recte expedivit Elmsleius infra versum 1281. qui ipsi est v. 1287.

608. Nullam Aldina habet neque in fine huius versus interpunctionem, neque post Πενθέως, ubi aliae vett. edd. distinguunt. Has sequuti sunt Matthiae et Elmsleius. Et hic quidem dictum vult pro εἰς Πενθέως ἐπεμπόμην, quam interpretationem velim exemplis firmasset. Matthiae utrum idem senserit, an Πενθέως eadem potestate qua ὑπὸ Πενθέως, ut σφαγεὶς ἀλόχου, dictum putaverit, nescimus. Sed hoc certe praeferrem, si ita interpungi necesse esset. Necessitatem tamen huiusmodi nullam video: immo quod et ad orationem maxime simplex est, et ad numeros elegantius, hic quoque, ut ubique, praeferendum arbitror. Quare sic distinxi.

ΧΟΡΟΣ.

πῶς γὰρ οὔ; τίς μοι φύλαξ ἦν, εἰ σὺ συμφορᾶς τύχοις;
ἀλλὰ πῶς ἠλευθερώθης, ἀνδρὸς ἀνοσίου τυχών;

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

αὐτὸς ἐξέσωσ᾽ ἐμαυτὸν ῥᾳδίως ἄνευ πόνου.

ΧΟΡΟΣ.

οὐδέ σου συνῆψε χεῖρα δεσμίοισιν ἐν βρόχοις;

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

ταῦτα καὶ καθύβρισ᾽ αὐτόν, ὅτι με δεσμεύειν δοκῶν,
οὔτ᾽ ἔθιγεν, οὔθ᾽ ἥψαθ᾽ ἡμῶν, ἐλπίσιν δ᾽ ἐβόσκετο.
πρὸς φάτναις δὲ ταῦρον εὑρών, οὗ καθεῖρξ᾽ ἡμᾶς ἄγων,
τῷδε πέρι βρόχους ἔβαλλε γόνασι καὶ χηλαῖς ποδῶν,
θυμὸν ἐκπνέων, ἱδρῶτα σώματος στάζων ἄπο,
χείλεσιν διδοὺς ὀδόντας. πλησίον δ᾽ ἐγὼ παρών,
ἥσυχος θάσσων ἔλευσσον. ἐν δὲ τῷδε τῷ χρόνῳ,
ἀνετίναξ᾽ ἐλθὼν ὁ Βάκχος δῶμα, καὶ μητρὸς τάφῳ
πῦρ ἀνῆψ᾽. ὃ δ᾽ ὡς ἐσεῖδε, δώματ᾽ αἴθεσθαι δοκῶν,
ᾖσσ᾽ ἐκεῖσε, κᾆτ᾽ ἐκεῖσε, δμωσὶν Ἀχελῷον φέρειν

---

611. Apud Nonnum XLV. 235. seqq. Bacchus statim, ut comprehendere eum satellites Penthei volunt, taurum pro se substituit.

618. Nonnus XLV. 347. *καὶ σέλας αὐτοέλικτον ἰδὼν βρυχήσατο Πενθεύς· κέκλετο δὲ δμώεσσιν ἄγειν ἀλκτήριον ὕδωρ, ὄφρα κατασβέσσωσιν ἀναπτο-*

ἐννέπων. ἅπας δ' ἐν ἔργῳ δοῦλος ἦν, μάτην πονῶν.
διαμεθεὶς δὲ τόνδε μόχθον, ὡς ἐμοῦ πεφευγότος,
ἵεται, ξίφος κελαινὸν ἁρπάσας, δόμων ἔσω.
κᾆθ' ὁ Βρόμιος, ὥς ἔμοιγε φαίνεται, δόξαν λέγω,
φάσμ' ἐποίησεν κατ' αὐλήν. ὁ δ' ἐπὶ τοῦθ' ὡρμημένος,
ᾖσσε, κἀκέντει φαεννὸν αἰθέρ', ὡς σφάζων ἐμέ.
πρὸς δὲ τοῖσδ' αὐτῷ τάδ' ἄλλα Βάκχιος λυμαίνεται·

μένην φλόγα πυρσοῦ, δῶμα περιῤῥαίνοντες ἀλεξικάκοισι ῥεέθροις.

623. Libri *φῶς*. Egregie Iacobsius *φάσμα* coniecit, quod merito recepit Matthiae. Sat lucis erat ardente domo, et *φαεννὸν αἰθέρα*, quod mox dicit, nihil aliud nisi corpore vacuum aerem significare in promptu est: ea est autem inanis simulacri descriptio. Videri potest etiam Nonnus confirmare emendationem illam, si quidem hic quoque, quod saepius fecit, ea, quae Euripides dixerat, alio traduxit. Nam XLVI. 100. ubi Pentheus a Baccho adductus erat, ut muliebri habitu observare vellet Bacchas, ita scriptum est: *συνερχομένης δὲ Λυαίῳ λυσσήεις θρασὺς οἶστρος ἀμεροινόοιο Σελήνης φάσματα ποικιλόμορφα μεμηνότι Πενθέϊ δῶκεν.*

625. Recte Matthiae cum Musgravio *τάδ' ἄλλα*. Libri *τὰ δ' ἄλλα*. Scaligeri coniecturam *τά τ' ἄλλα* non debebat Elmsleius recipere, referens eo quod sequitur, *δῶμά τ' ἔῤῥηξεν χαμᾶζε*. Nam quae sunt illa alia? Non sane ea, quae iam sunt commemorata: haec enim his verbis significat, *πρὸς τοῖσδε*: igitur caetera, praeter haec: at praeter

δώματ' ἔῤῥηξεν χαμᾶζε. συντεθράνωται δ' ἅπαν
πικροτάτους ἰδόντι δεσμοὺς τοὺς ἐμούς. κόπου δ' ὕπο,
διαμεθεὶς ξίφος, παρεῖται. πρὸς θεὸν γάρ, ὢν ἀνήρ,
εἰς μάχην ἐλθεῖν ἐτόλμησ'. ἥσυχος δ' ἐκ Βακχάδων
δωμάτων ἥκω πρὸς ὑμᾶς, Πενθέως οὐ φροντίσας.
ὥς δέ μοι δοκεῖ, ψοφεῖ γοῦν ἀρβύλη δόμων ἔσω,

---

haec cogitari alia aliqua, non ulla autem caetera possunt, quia caetera nulla sunt, nisi quae illa caetera sint scias. Hoc vero dicit poeta: *praeter illa hoc novum ei malum creavit Bacchus: corruere fecit domum eius.* Nam rectissime Par. Laur. et Porsonus δώματ', quod vehementer miror cur Matthiae non receperit, quum haec scriptura sola cum illa, quam in praecedente versu posuit, congruat. Nam Elmsleius quidem, qui Scaligeri τά τ' ἄλλα probaret, non potuit non δῶμά τ' ex Aldina reficere. Copulam, ubi quod ante significatum erat sequitur, omitti, supra dictum ad v. 275.

629. Libri et sensu et metro perturbato, ἥσυχος δ' ἐκ βάκχας ἄγων δωμάτων, ἥκω πρὸς ὑμᾶς. Vbi quum alii alia tentassent, Elmsleius edidit ἥσυχος δὲ βασιλικῶν δωμάτων, bene ad sensum, sed ut tamen valde mirum sit, tam usitatum vocabulum ita corrumpi potuisse. Quare ego ἥσυχος δ' ἐκ Βακχάδων δωμάτων scripsi: *ego*, inquit, *tranquillus ex aedibus furore et perturbatione plenis ad vos exii.* Vocabulum illud, de quo dixi ad v. 130. quum explicatione indigere visum esset, adscripta interpretatio βακχασάντων peperisse videtur scripturam quae in libris est.

εἰς προνώπι᾽ αὐτίκ᾽ ἥξει. τί ποτ᾽ ἄρ᾽ ἐκ τούτων ἐρεῖ;
ῥᾳδίως γὰρ αὐτὸν οἴσω, κἂν πνέων ἔλθῃ μέγα.
πρὸς σοφοῦ γὰρ ἀνδρὸς, ἀσκεῖν σώφρον᾽ εὐοργησίαν

ΠΕΝΘΕΥΣ.

Πέπονθα δεινά. διαπέφευγέ μ᾽ ὁ ξένος,
ὃς ἄρτι δεσμοῖς ἦν κατηναγκασμένος.
ἔα ἔα.
ὅδ᾽ ἐστὶν ἁνήρ. τί τάδε; πῶς προνώπιος
φαίνῃ πρὸς οἴκοις τοῖς ἐμοῖς ἔξω βεβώς;

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

στῆσον πόδ᾽. ὀργῇ δ᾽ ὑπόθες ἥσυχον πόδα.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

πόθεν σὺ δεσμὰ διαφυγὼν ἔξω περᾷς;

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

οὐκ εἶπον; ἢ οὐκ ἤκουσας, ὅτι λύσει μέ τις;

ΠΕΝΘΕΥΣ.

τίς; τοὺς λόγους γὰρ εἰσφέρεις καινοὺς ἀεί.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

ὃς τὴν πολύβοτρυν ἄμπελον φύει βροτοῖς.

---

639. Quum iubet irae supponere tranquillum pedem, hoc videtur monere, ut ille, quamvis iratus, tamen citatum pedis gradum cohibeat, neque tanto cum impetu ruat.

641. Minime opus, ut λύσοι scribatur. Sed vulgato, οὐκ εἶπον; οὐκ ἤκουσας praetuli cum Brunckio, quod est in codd. Paris. ἢ οὐκ ἤκουσας, tum quod facilius credi potest, omissum, quam additum ab librariis esse ἢ, tum quod Bacchum tranquillior oratio magis decet. Verba ὅτι λύσει μέ τις, prouti libet, vel cum οὐκ εἶπον, vel cum ἢ οὐκ ἤκουσας construi possunt.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

ὠνείδισας δὴ τοῦτο Διονύσῳ καλόν.

* * *

ΠΕΝΘΕΥΣ.

κλείειν κελεύω πάντα πύργον ἐν κύκλῳ.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

τί δ'; οὐχ ὑπερβαίνουσι καὶ τείχη θεοί;

ΠΕΝΘΕΥΣ.

σοφὸς, σοφὸς σὺ, πλὴν ἃ δεῖ σ' εἶναι σοφόν.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

ἃ δεῖ μάλιστα, ταῦτ' ἔγωγ' ἔφυν σοφός.
κείνου δ' ἀκούσας πρῶτα τοὺς λόγους μάθε,
ὃς ἐξ ὄρους πάρεστιν ἀγγελῶν τί σοι.
ἡμεῖς δέ σοι μενοῦμεν, οὐ φευξούμεθα.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Πενθεῦ, κρατύνων τῆςδε Θηβαίας χθονός,
ἥκω Κιθαιρῶν' ἐκλιπὼν, ἵν' οὔποτε
λευκῆς χιόνος ἀνεῖσαν εὐαγεῖς βολαί.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

ἥκεις δὲ ποίαν προςτιθεὶς σπουδὴν λόγου;

---

644. Mirum est, dubitari potuisse, utrum hic versus Penthei, an Bacchi esset. Apertissimum est enim, non ante hunc versum aliquid excidisse, sed post eum desiderari aliquid, quia non apparet, cur repente iubeat Pentheus portas claudi. Suspicari licet, aliquot versus intercidisse: esse autem eo deductum colloquium, ut Pentheus ipsum illum, qui ab hospite Bacchus perhiberetur, in urbe esse crederet, comprehendique posse speraret. Itaque lacunae signa post hunc versum posui.

654. De vocabulo εὐαγὴς alibi erit disputandi locus. Hic quidem nescio an mobiles potius, quam splendidas intelligere debeamus.

655. Porsoni emendatio est ἥκεις δὲ ποίαν,

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Βάκχας Ποτνιάδας εἰσιδών, αἳ τῆσδε γῆς
οἴστροισι λευκὸν κῶλον ἐξηκόντισαν,
ἥκω, φράσαι σοὶ καὶ πόλει χρῄζων, ἄναξ,
ὡς δεινὰ δρῶσι θαυμάτων τε κρείσσονα.
θέλω δ' ἀκοῦσαι, πότερά σοι παῤῥησίᾳ
φράσω τὰ κεῖθεν, ἢ λόγον στειλώμεθα.
τὸ γὰρ τάχος σοῦ τῶν φρενῶν δέδοικ', ἄναξ,
καὶ τοὐξύθυμον, καὶ τὸ βασιλικὸν λίαν.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

λέγ', ὡς ἀθῷος ἐξ ἐμοῦ πάντως ἔσει.
τοῖς γὰρ δικαίοις οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών.
ὅσῳ δ' ἂν εἴπῃς δεινότερα Βακχῶν πέρι,
τοσῷδε μᾶλλον τὸν ὑποθέντα τὰς τέχνας
γυναιξὶ τόνδε τῇ δίκῃ προσθήσομεν.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἀγελαῖα μὲν βοσκήματ' ἄρτι πρὸς λέπας
μόσχων ὑπεξήκριζον, ἡνίχ' ἥλιος
ἀκτῖνας ἐξίησι, θερμαίνων χθόνα.
ὁρῶ δὲ θιάσους τρεῖς γυναικείων χορῶν,
ὧν ἦρχ' ἑνὸς μὲν Αὐτονόη, τοῦ δευτέρου
μήτηρ Ἀγαυὴ σή, τρίτη δ' Ἰνὼ τρίτου.

---

pro ἥκεις δ' ὁποίαν. Quod Elmsleius affert obliquae interrogationis inter rectas interrogationes exemplum, Odyss. α. 171. ξ. 188. ὁπποίης δ' ἐπὶ νηὸς ἀφίκεο, de quo non habere se ait quod dicat, in eo nihil vitii est: refertur enim ad praegressum verbum κατάλεξον et ἀγόρευσον.

656. Nonnus XLV. 285. αἳ δὲ φυγοῦσαι νόστιμον ἴχνος ἔκαμψαν ἐρημάδος εἰς ῥάχιν ὕλης.

674. Vulgo, τρίτον δ' Ἰνὼ χοροῦ. Sed quum optimi codices, Pal. et Laur. habeant, τρίτη δ' Ἰνὼ χοροῦ, id satis esse indicii putavi, ut inde

εὗδον δὲ πᾶσαι, κώμασιν παρειμέναι,
αἱ μὲν πρὸς ἐλάτης νῶτ᾽ ἐρείσασαι φόβην·
αἱ δ᾽ ἐν δρυὸς φύλλοισι πρὸς πέδῳ κάρα
εἰκῇ βαλοῦσαι σωφρόνως, οὐχ ὡς σὺ φῂς
οἰνωμένας κρατῆρι καὶ λωτοῦ ψόφῳ
θηρᾶν καθ᾽ ὕλην Κύπριν ἠρημωμένας.
ἡ σὴ δὲ μήτηρ ὠλόλυξεν ἐν μέσαις
σταθεῖσα Βάκχαις, ἐξ ὕπνου κινεῖν δέμας,
μυκήμαθ᾽ ὡς ἤκουσε κεροφόρων βοῶν.
αἱ δ᾽ ἀποβαλοῦσαι θαλερὸν ὀμμάτων ὕπνον,
ἀνῇξαν ὀρθαί, θαῦμ᾽ ἰδεῖν εὐκοσμίας,
νέαι, παλαιαί, παρθένοι τ᾽ ἔτ᾽ ἄζυγες.
καὶ πρῶτα μὲν καθεῖσαν εἰς ὤμους κόμας,
νεβρίδας τ᾽ ἀνεστείλανθ᾽, ὅσαισιν ἁμμάτων
σύνδεσμ᾽ ἐλέλυτο, καὶ καταστίκτους δορὰς
ὄφεσι κατεζώσαντο λιχμῶσιν γένυν.

---

restitui posset τρίτη δ᾽ Ἰνὼ τρίτον. Nam quum adscripta interpretatio χοροῦ in textum recepta esset, primo expulsum est τρίτον, deinde, animadverso dictionis vitio, τρίτη in τρίτον mutatum.

675. Libri, σώμασιν παρειμέναι, in quibus verbis iure haesit Elmsleius. Scripsi κώμασιν, i. e, ὕπνῳ παρειμέναι.

684. Θαλερὸς ὕπνος est somnus, qui est in ipso flore, i. e. altus sopor.

690. Vulgo, λιχμῶσαν γένυν. Pal. λιχμῶσαν γέναν. Musgravius, Matthiae, Elmsleius, Reiskio et Heathio ducibus, λιχμῶσιν γένυν, id ut esset, *genam lambentibus*. Confirmatur haec emendatio his verbis v. 759. σταγόνα δ᾽ ἐκ παρηΐδων γλώσσῃ δράκοντες ἐξεφαίδρυνον χροός. Nonnus XLIV. 410. στέμματι δ᾽ ὁλκαίῳ κεφαλὴν κυκλώσατο Κάδμου πρηΰς ὄφις, καὶ γλῶσσα πέριξ λίχμαζεν ὑπήνην, μειλιχίῳ φίλον ἰὸν ἀποπνείουσα γενείῳ οἰγομένῳ.

αἱ δ' ἀγκάλαισι δορκάδ' ἢ σκύμνους λύκων
ἀγρίους ἔχουσαι, λευκὸν ἐδίδοσαν γάλα,
ὅσαις νεοτόκοις μαστὸς ἦν σπαργῶν ἔτι,
βρέφη λιπούσαις. ἐπὶ δ' ἔθεντο κισσίνους
στεφάνους, δρυός τε, σμίλακός τ' ἀνθεσφόρου.
θύρσον δέ τις λαβοῦσ', ἔπαισεν εἰς πέτραν,
ὅθεν δροσώδης ὕδατος ἐκπηδᾷ νοτίς.
ἄλλη δὲ νάρθηκ' εἰς πέδον καθῆκε γῆς,
καὶ τῇδε κρήνην ἐξανῆκ' οἴνου θεός.
ὅσαις δὲ λευκοῦ πώματος πόθος παρῆν,
ἄκροισι δακτύλοισι διαμῶσαι χθόνα,
γάλακτος ἑσμοὺς εἶχον. ἐκ δὲ κισσίνων
θύρσων γλυκεῖαι μέλιτος ἔσταζον ῥοαί·
ὥστ' εἰ παρῆσθα, τὸν θεόν, τὸν νῦν ψέγεις,
εὐχαῖσιν ἂν μετῆλθες, εἰσιδὼν τάδε.
ξυνήλθομεν δὲ βουκόλοι καὶ ποιμένες,
κοινῶν λόγων δώσοντες ἀλλήλοις ἔριν,
ὡς δεινὰ δρῶσι θαυμάτων τ' ἐπάξια.
καί τις πλάνης κατ' ἄστυ, καὶ τρίβων λόγων,
ἔλεξεν εἰς ἅπαντας· ὦ σεμνὰς πλάκας
ναίοντες ὀρέων, θέλετε θηρασώμεθα

---

691. Nonnus XLV. 301. *πολλαὶ δ' ἀρτιτόκοιο μετοχλισθέντα τεκούσης τέκνα δασυστέρνοιο τιθηνήσαντο λεαίνης.*

698. Nonnus ita pergit illo loco: *ἄλλη δίψιον οὖδας ἐπέκτυπεν ὀξέϊ θύρσῳ, ἄκρον ὄρος πλήξασα νεοσχιδές· αὐτοτελὴς δὲ οἶνον ἐρευγομένη κραναὴ πορφύρετο πέτρη· λειβομένου δὲ γάλακτος ἐρευσσομένης ἀπὸ πέτρης πίδακες αὐτοχύτοισιν ἐλευκαίνοντο ῥεέθροις.*

702. De verbis *ἑσμοὺς γάλακτος* Barkerus et ego disputavimus in Wolfii Analectis litterariis vol. II. p. 65 seqq.

Πενθέως Ἀγαυὴν μητέρ᾽ ἐκ βακχευμάτων,
χάριν τ᾽ ἄνακτι θῶμεν; εὖ δ᾽ ἡμῖν λέγειν
ἔδοξε. θάμνων δ᾽ ἐλλοχίζομεν φόβαις,
κρύψαντες αὑτούς. αἳ δὲ τὴν τεταγμένην
ὥραν ἐκίνουν θύρσον εἰς βακχεύματα,
Ἴακχον ἀθρόῳ στόματι, τὸν Διὸς γόνον
Βρόμιον, καλοῦσαι. πᾶν δὲ συνεβάκχευ᾽ ὄρος,
καὶ θῆρες. οὐδὲν δ᾽ ἦν ἀκίνητον δρόμῳ.
κυρεῖ δ᾽ Ἀγαυὴ πλησίον θρώσκουσά μου.
κἀγὼ ᾽ξεπήδησ᾽, ὡς συναρπάσαι θέλων,
λόχμην κενώσας, ἔνθ᾽ ἐκρυπτόμην δέμας.
ἣ δ᾽ ἀνεβόησεν· ὦ δρομάδες ἐμαὶ κύνες,
θηρώμεθ᾽ ἀνδρῶν τῶνδ᾽ ὕπ᾽. ἀλλ᾽ ἕπεσθέ μοι,
ἕπεσθε, θύρσοις διὰ χερῶν ὡπλισμέναι.
ἡμεῖς μὲν οὖν φεύγοντες ἐξηλύξαμεν
Βακχῶν σπαραγμόν. αἱ δὲ νεμομέναις χλόην
μόσχοις ἐπῆλθον χειρὸς ἀσιδήρου μέτα.
καὶ τὴν μὲν ἂν προσεῖδες εὔθηλον πόριν
μυκωμένην ἔχουσαν ἐν χεροῖν δίχα·

---

722. Libri *ἐκρύπτομεν.* Barnesii margo recte *ἐκρυπτόμην.* Nam si activo usus esset, aoristum, nisi fallor, posuisset.

730. Libri, *ἐν χειροῖν δίκα.* Vnde Scaliger, Duportus, et Muretus *δίχα*, idque probarunt Reiskius, Brunckius, Matthiae. *Ἐν χεροῖν δίκῃ* placuit Brodaeum sequentibus Musgravio et Elmsleio, id ut esset idem quod *ἐν χειρῶν νόμῳ.* Ea locutio mihi quidem parum apta videtur in ea re, in qua non potest contrarium cogitari, ut quis alio, quam manuum iure utatur. Atque ut *δίχα ποιεῖν*, *δίχα εἶναι* dixere Graeci, quidni etiam *δίχα ἔχειν*, *divisum tenere.* Quod Elmsleius ait, neminem umquam loquutum esse hoc

ἄλλαι δὲ δαμάλας διεφόρουν σπαράγμασιν.
εἶδες δ' ἂν ἢ πλεύρ', ἢ δίχηλον ἔμβασιν
ῥιπτόμεν' ἄνω τε καὶ κάτω. κρεμαστὰ δὲ
ἔσταζ' ὑπ' ἐλάταις ἀναπεφυρμέν' αἵματι.
ταῦροι δ' ὑβρισταί, κεἰς κέρας θυμούμενοι
τὸ πρόσθεν, ἐσφάλλοντο πρὸς γαῖαν δέμας,
μυριάσι χειρῶν ἀγόμενοι νεανίδων.
θᾶσσον δὲ διεφοροῦντο σαρκὸς ἐνδυτά,
ἢ σὺ ξυνάψαις βλέφαρα βασιλείοις κόραις.
χωροῦσι δ' ὥστ' ὄρνιθες ἀρθεῖσαι δρόμῳ,
πεδίων ὑποτάσεις, αἳ παρ' Ἀσωποῦ ῥοαῖς

---

modo: *τὴν μὲν ἂν προςεῖδες βοῦν διασπαράσσουσαν, ἄλλαι δὲ βόας διεσπάρασσον*, recte dixisset, si *πόρις* et *δαμάλη* idem esset. At *πόρις* est vitula: v. Homer. Odyss. *κ.* 410. seqq. *δαμάλη* autem, ut ipsum nomen docet, vacca iam tauro ferendo idonea. Nonnus haec ita expressit XLV. 287. *ὧν ἣ μὲν βοέην ἀγέλην δαιτρεύσατο θύρσῳ ῥινοτόρῳ, καὶ χεῖρας ἑὰς ἐμιήνατο λύθρῳ, ταυρείην ὀνύχεσσι διασχίζουσα καλύπτρην τρηχαλέην· ἑτέρη δὲ δαφοινήεντι κορύμβῳ εἰροπόκων ἄῤῥηκτα διέτμαγε πώεα μήλων· ἄλλαι δ' αἶγας ἔπεφνον, ἐφοινίσσοντο δὲ λύθρου αἱμαλέαις λιβάδεσσι δαϊζομένης ἔτι ποίμνης.*

732. Nonnus XLV. 311. *ἄλλη ῥῖψε δράκοντα κατὰ δρυός· ἀμφὶ δὲ δένδρῳ σπεῖραν ὄφις κύκλωσε, καὶ ἔπλετο κισσὸς ἀλήτης, πρέμνον ἑλισσομένῳ σκολιῷ μιτρούμενος ὁλκῷ, ἀμφελελιζομένων μιμούμενος ἅλμα δρακόντων.* Ita scribendi hi versus.

739. Laur. *ἢ σὲ ξυνάψαι.* Ita etiam Matthiae. Pal. *ἢ σὺ ξυνάψαι*, ultimae syllabae superscripto *ς*. Ald. *ἢ σὺ ξυνάψαις.* Quod servavit Elmsleius. In hac formula *ἂν* non habet locum, nisi dicere velis, *citius, quam tu possis nictari.*

εὔκαρπον ἐκβάλλουσι Θηβαῖον στάχυν·
Ὑσίας τ', Ἐρυθράς θ', αἳ Κιθαιρῶνος λέπας
νέρθεν κατῳκήκασιν, ὥςτε πολέμιοι,
ἐπειςπεσοῦσαι, πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω
διέφερον· ἥρπαζον μὲν ἐκ δόμων τέκνα,
ὁπόσα δ' ἐπ' ὤμοις ἔθεσαν, οὐ δεσμῶν ὕπο
προςείχετ', οὐδ' ἔπιπτεν εἰς μέλαν πέδον,
οὐ χαλκός, οὐ σίδηρος. ἐπὶ δε βοστρύχοις
πῦρ ἔφερον, οὐδ' ἔκαιεν. οἳ δ' ὀργῆς ὕπο

---

742. Brunckius, Matthiae, Elmsleius cum Laur. et Mss. Par. *Θηβαίων*. At cur hic Thebani potius, quam regio Thebana memoretur, praesertim quum *Θηβαίων στάχυς* ambiguum sit, et ipsos significare possit Thebanos? Recte Aldina *Θηβαῖον*.

743. Laur. et Mss. Paris. *Ἐρυθράς θ'*, quod probatum est ab editoribus. Ald. et Pal. copulam omittunt. Hanc ego scripturam non damnaverim, tum quia sic facilius apparet, *τέ*, quod post *Ὑσίας* est, non oppositum sibi habere illud alterum *τέ*, sed ad totam sententiam spectare, quamquam etiam alibi primum *τε* toti sententiae adnectendae inservit, ut v. 864. 1122. nisi quis litem movere his exemplis volet; tum quod etiam concitatior fieret oratio, omissa copula. Ita enim commemoraret Hysias et Erythras, ut si plures alios etiam locos nominare vellet.

746. Nonnum XLV. 291. haec exprimentem ita corrige: *ἄλλη δὲ τριέτηρον ἀφαρπάξασα τοκῆος ἄτρομον, ἀστυφέλικτον, ἀδέσμιον ὑψόθεν ὤμων ἵστατο κουφίζουσα μεμηλότα παῖδα θυέλλαις, ἐζόμενον γελόωντα, καὶ οὐ πίπτοντα κονίῃ.*

750. Recipiendam duxi Elmsleii emendationem *ἔκαιεν*. Non solum enim difficile est, in vulgata scriptura, *ἔκαιεθ'*, intelligi *κόμην* ex nomine *βο-*

εἰς ὅπλ' ἐχώρουν, φερόμενοι Βακχῶν ὕπο.
οὗπερ τὸ δεινὸν ἦν θέαμ' ἰδεῖν, ἄναξ.
τὰς μὲν γὰρ οὐχ ἥμασσε λογχωτὸν βέλος,
κεῖναι δὲ θύρσους ἐξανιεῖσαι χερῶν,

στρύχοις repetitum, sed etiam, qui haec recitari audiat, vix poterit quin *ἐκαίετο* ad *πῦρ* referat, molesteque ferat ignem non ardentem, donec intelligat, aliud esse debere, quod non ardere dicatur. Nonnus haec ad Pentheum transtulit XLV. 55. *ἀμφὶ δὲ πέπλοις πορφυρέοις καὶ στέρνον ἀλιγκαίνων βοστρύχοις πυρὸς αἶξ περιφόρητο, καὶ οὐκ ἔφλεξε χιτῶνας.*

758. Aldina *τοὺς*. Cod. Pal. *τᾶς*. Mss. Stephani *τῶν* et *τοῖς*. Brunckius et Matthiae cum edd. recentioribus ante Barnesium, *τὸν*. Barnesius *τὰς*, quod probavit Musgravius. Elmsleius *τοῖς* recepit, quod ex ea scriptura caeteras ortas esse veri simile sit, *τὰς μὲν* negans dici potuisse sequente *κεῖναι δέ*. Quae quamvis probabiliter disputata sint, tamen ego, quod proxime ad cod. Pal. scripturam accedit, *τὰς* recipiendum duxi. Nam id ob hanc ipsam caussam ab aliis aliter correctum videtur, quia non recte dici putabant, sequente *κεῖναι δέ*. Ac profecto ferri non posset, si sequeretur *αἳ δέ*. Nam sic demum ipsae sibi opponerentur Bacchae, quod absurdum est. At secus est, *κεῖναι δέ* adiecto. Est enim haec inversio quaedam orationis, pro eo, quod dici debebat, *τοὺς δὲ ἐκεῖναι, γυναῖκες ἄνδρας, ἐτραυμάτιζον*. Ita esse, ex eo intelligitur, quod *κεῖνος* etiam alibi sic usurpatur, ut ad eum spectet, qui modo nominatus erat: ita ut fere idem sit atque *ipse*. Vide Erfurdtium ad Sophoclis Oed. R. 264. ed. min. Iam patet, opinor, omnia recte procedere: *has enim non vulnerabant tela: ipsae vero et vulnera faciebant, et in fugam feminae viros dabant.*

ἐτραυμάτιζον κἀπενώτιζον φυγῇ
γυναῖκες ἄνδρας, οὐκ ἄνευ θεῶν τινός.
πάλιν δ' ἐχώρουν ὅθεν ἐκίνησαν πόδα,
κρήνας ἐπ' αὐτάς, ἃς ἀνῆκ' αὐταῖς θεός,
νίψαι τόδ' αἷμα. σταγόνα δ' ἐκ παρηΐδων

---

758. Vulgo κρήναις ἐπ' αὐταῖς. Quod Bentleius ad Horat. III. Carm. 25, 13. coniecerat, κρήνας ἐπ' αὐτάς, confirmatum a cod. Pal. recepit Elmsleius.

759. Libri, plena interpunctione in fine praecedentis versus posita, νίψαντο δ' αἷμα. Porsonus apud Kiddium p. 190. κρήναις τ' ἐπ' αὐταῖς, ἃς ἀνῆκ' αὐταῖς θεός, αἵματος ἔνιψαν σταγόνα, καὶ παρηΐδων γλώσσῃ δράκοντες ἐξεφαίδρυνον χρόα. Hoc non est emendare, sed ipsum versus facere. Aoristus νίψαντο sic demum recte se haberet, si hoc esset aliquid praecipuum, quo denique finita fuisset ista Baccharum incursio. At multo rectius, si finem factum dicere voluisset poeta, πάλιν ἐχώρησαν scripsisset. Itaque quum νίπτοντο potius, quam νίψαντο dicere debuerit, vel ex hac re apparet, corruptam esse scripturam. Praeterea valde mirum foret, quod de draconibus adiectum est, qui, quum Bacchae credo negligerent sibi etiam faciem lavare, sanguinis maculas e genis deleverint. Immo, quum omnia hic miraculis abundasse nuncius referat, hoc eum dicere credibile est: quum illae sanguinem abluere vellent, fecisse id linguis suis dracones. Quare una littera mutata scripsi, νίψαι τόδ' αἷμα, correcta interpunctione, ut haec verba pendeant ex verbis πάλιν δ' ἐχώρουν. Sic in Iphig. in Aul. 678. χώρει δὲ μελάθρων ἐντός, ὀφθῆναι κόραις. Si quaeres, unde sciverit nuncius, quid facturae essent Bacchae, audivisse dictitantibus illis puta, qui omnia tam accurate exponat, ut eas satis prope sequutus esse debuerit.

γλώσσῃ δράκοντες ἐξεφαίδρυνον χροός.
τὸν δαίμον' οὖν τόνδ', ὅςτις ἔστ', ὦ δέσποτα,
δέχου πόλει τῇδ'. ὡς τά τ' ἄλλ' ἐστὶν μέγας,
κἀκεῖνό φασιν αὐτόν, ὡς ἐγὼ κλύω,
τὴν παυσίλυπον ἄμπελον δοῦναι βροτοῖς.
οἴνου δὲ μηκέτ' ὄντος. οὐκ ἔστιν Κύπρις,
οὐδ' ἄλλο τερπνὸν οὐδὲν ἀνθρώποις ἔτι.

ΧΟΡΟΣ.

ταρβῶ μὲν εἰπεῖν τοὺς λόγους ἐλευθέρους
εἰς τὸν τύραννον· ἀλλ' ὅμως εἰρήσεται.
Διόνυσος ἥσσων οὐδενὸς θεῶν ἔφυ.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

ἤδη τόδ' ἐγγύς, ὥςτε πῦρ, ἐφάπτεται
ὕβρισμα Βακχῶν, ψόγος ἐς Ἕλληνας μέγας.
ἀλλ' οὐκ ὀκνεῖν δεῖ. στεῖχ' ἐπ' Ἠλέκτρας ἰὼν
πύλας· κέλευε πάντας ἀσπιδηφόρους,
ἵππων τ' ἀπαντᾶν ταχυπόδων ἐπεμβάτας,
πέλτας θ' ὅσοι πάλλουσι, καὶ τόξων χερὶ
ψάλλουσι νευράς· ὡς ἐπιστρατεύσομεν
Βάκχαισιν. οὐ γὰρ ἀλλ' ὑπερβάλλει τάδε,
εἰ πρὸς γυναικῶν πεισόμεσθ' ἃ πάσχομεν.

---

760. *Δράκοντες* ex Reiskii coniectura pro *δράκοντος* inde a Brunckio editum. Verba ita construenda, *ἐκ παρηΐδων ἐφαίδρυνον*, quod ut accuratius definiretur addidit *ἐκ χροός*: *e genis delebant*, *ex cute*. Miror, Elmsleium Helenae versu 1095. motum, *παρῇδί τ' ὄνυχα φόνιον ἐμβαλῶ χροός*, construi velle *ἐκ παρηΐδων χροός*, quod ad constructionem impeditum, ad sensum contortum est. Neque illuc pertinet Helenae versus, in quo *φόνιον χροός* coniungenda sunt.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

πείθῃ μὲν οὐδέν, τῶν ἐμῶν λόγων κλύων,
Πενθεῦ. κακῶς δὲ πρὸς σέθεν πάσχων ὅμως,
οὔ φημι χρῆναί σ' ὅπλ' ἐπαίρεσθαι θεῷ,
ἀλλ' ἡσυχάζειν. Βρόμιος οὐκ ἀνέξεται
κινοῦντι Βάκχας εὐίων ὀρῶν ἄπο.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

οὐ μὴ φρενώσεις μ', ἀλλὰ δέσμιος φυγὼν
σώσει τόδ'; ἤ σοι πάλιν ἀναστρέψω δίκην.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

θύοιμ' ἂν αὐτῷ μᾶλλον, ἢ θυμούμενος
πρὸς κέντρα λακτίζοιμι, θνητὸς ὢν θεῷ.

---

779. Bacchi personam restituit Tyrwhittus pro persona nuncii, quae in libris per totum, quod sequitur, colloquium Bacchi versibus adscripta erat. Nuncius abit, statim ut mandata dedit Pentheus.

783. Revocavi Aldinae scripturam *κινοῦντι*, pro qua quod recentiores edd. habent, *κινοῦντα*, correctio videtur esse. Verbum *ἀνέχεσθαι* multis modis construitur. Quod ut genitivo iungitur, ut apud ipsum Euripidem, *μεταβαλλομένου δαίμονος ἀνέχου*, ita etiam dativum admittit, ut in Androm. 981. *συμφοραῖς δ' ἠνειχόμην*, quod est, *propter meum infortunium ferebam.* Hic si *οὐκ ἀνέξεται* interpretabimur, *non continebit se*, recte adiicietur, *propter id, si tu Bacchas a sacris eius abstrahere conaberis.* Sic autem *οὐκ ἀνέχεσθαι* usurpatur. In Medea vers. 1156. *ἡ δ' ὡς ἐσεῖδε κόσμον, οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλ' ᾔνεσ' ἀνδρὶ πάντα.* Et in Thesei fr. 9. *ἀνὴρ γάρ, ὅστις χρημάτων μὲν ἐνδεής, δρᾶσαι δὲ χειρὶ δυνατός, οὐκ ἀνέξεται, τὰ τῶν δ' ἐχόντων χρήμαθ' ἁρπάζειν φιλεῖ.*

785. Pro *ἢ σοί* scripsi *ἤ σοι*.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

θύσω, φόνον γε θῆλυν, ὥσπερ ἄξιαι,
πολὺν ταράξας ἐν Κιθαιρῶνος πτυχαῖς.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

φεύξεσθε πάντες. καὶ τόδ' αἰσχρὸν, ἀσπίδας
θύρσοισι Βακχῶν ἐκτρέπειν χαλκηλάτους.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

ἀπόρῳ γε τῷδε συμπεπλέγμεθα ξένῳ,
ὡς οὔτε πάσχων οὔτε δρῶν σιγήσεται.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

ὦτᾶν, ἔτ' ἐστὶν εὖ καταστῆσαι τάδε.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

τί δρῶντα; δουλεύοντα δουλείαις ἐμαῖς;

---

791. Non puto ἐκτρέπειν pro passivo dictum esse, sed exercitum Penthei intelligendum esse, qui scuta propter Baccharum thyrsos avertat, i. e. ad fugam se convertat. Nonnus XLVI. 89. κάτθεο τεύχεα ταῦτα· σιδηροφόρους δὲ μαχητὰς χερσὶν ἀθωρήκτοισιν ἐμαὶ κτείνουσι γυναῖκες. εἰ δέ σε νικήσωσιν ἀνευχέϊ θήλεϊ χάρμῃ ἔντεσι κοσμηθέντα, τίς αἰνήσει πολίτης ἄνδρα γυναικείῃ κεκαφηότα δηϊοτῆτι;

795. Mirum, maluisse viros doctos quaerere, utrum ὃς an ὡς rectius scribatur, quam quo sensu dictum sit οὔτε πάσχων οὔτε δρῶν σιγήσεται. Quis enim non hoc potius exspectet, οὔτε πάσχων οὔτε μή? i. e. *neque quum punitur, neque quum non punitur.* Ac debebat sane hoc dicere Pentheus, sed quoniam nolebat illud, *quum non punitur*, adiicere, quia se invito ille e vinculis et carcere liberatus est, posuit pro eo aliud, quod quum re idem esset, tamen tantum abesset ut se volente illum liberatum esse indicaret, ut magis hospitis insignem malitiam proderet. Itaque hoc dicere putandus est: *molestissimus nobis hic hos-*

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
ἐγὼ γυναῖκας δεῦρ' ὅπλων ἄξω δίχα.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
οἴμοι, τόδ' ἤδη δόλιον εἴς με μηχανᾷ.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
ποῖόν τι, σῶσαί σ' εἰ θέλω τέχναις ἐμαῖς;
ΠΕΝΘΕΥΣ.
ξυνέθεσθε κοινῇ τάδ', ἵνα βακχεύητ' ἀεί.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
κεἰ μὴ ξυνεθέμην, τοῦτό γ' ἔστι τῷ θεῷ.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
ἐκφέρετέ μοι δεῦρ' ὅπλα. σὺ δὲ παῦσαι λέγων.

---

pes est: nam neque quum eum castigamus, neque quum eludit castigantes, tacebit. Ὡς cur in ὅς mutetur, caussam idoneam non video.

800. Ald. καὶ μὴν ξυνεθέμην, τοῦτό γ' ἐστὶ, τῷ θεῷ. Sic etiam Pal. nisi quod interpunctiones absunt et pro μὴν scriptum est μὴ, littera ν supra appicta. Musgravius coniecit, καὶ μὴν ξυνεθέμην, τοῦτό γ' ἴσθι, τῷ θεῷ, quod receperunt Brunckius et Matthiae. Elmsleius dedit, καὶ μὴν ξυνεθέμην τοῦτό γ', ἴσθι, τῷ θεῷ, quamquam ne sic quidem versum optime constitutum fassus. Ac sane non satis accommodata haec responsio est verbis Penthei, qui non cum deo, sed cum Bacchis conspirasse hospitem autumabat. Itaque non in verbo ἐστί, sed in particulis καὶ μήν, praesertim indicium faciente cod. Pal. vitium quaerendum est. Idque sustulisse mihi videor, κεἰ μή scribendo. Iam hoc dicit hospes: etiam si non pactus sum, hoc quidem deo est: i. e. hoc ille suum sibi habet, neque eripi sibi patietur, ut semper bacchemur. Similiter in Iphig. Aul. 853. καὶ σοὶ τόδ' ἔστιν ἐξ ἐμοῦ.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

ἆ.
βούλει σφ' ἐν ὄρεσι συγκαθημένας ἰδεῖν;

ΠΕΝΘΕΥΣ.

μάλιστα, μυρίον γε δοὺς χρυσοῦ σταθμόν.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

τί δ' εἰς ἔρωτα τοῦδε πέπτωκας μέγαν;

ΠΕΝΘΕΥΣ.

λυπρῶς νιν εἰσίδοιμ' ἂν ἐξῳνωμένας;

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

ὅμως δ' ἴδοις ἂν ἡδέως, ἅ σοι πικρά;

ΠΕΝΘΕΥΣ.

σάφ' ἴσθι, σιγῇ γ' ὑπ' ἐλάταις καθήμενος.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

ἀλλ' ἐξιχνεύσουσίν σε, κἂν ἔλθῃς λάθρᾳ.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

ἀλλ' ἐμφανῶς. καλῶς γὰρ ἐξεῖπας τόδε.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

ἄγωμεν οὖν σε, κἀπιχειρήσεις ὁδῷ;

---

805. Temere Brunckius λυπρῶς mutavit in τερπνῶς. Nihil hic versus difficultatis habet, modo, quod feci, signum interrogandi apponatur. *Possimne dolere, ubi eas inebriatas videam?*

808. Libri κἂν θέλῃς λάθρᾳ. Emendavit Piersonus, cui quum alii obsequuti sunt, tum Elmsleius, qui tamen legendum coniicit, ἀλλ' ἐξιχνεύσουσίν σ', ἐὰν ἔλθῃς λάθρᾳ. Quod ego quidem valde miror. Nam ut ἐάν posteriore longa sit, quod nescio an quisquam demonstrare possit, tamen hic necessarium est κἄν. Quoniam enim Bacchus hoc dicere vult, nullo modo latere Pentheum posse, non potest non κἄν dicere, quo significet, ne clam quidem venientem tutum a Bacchis fore. V. seq. τόδε dedi pro τάδε.

ΠΕΝΘΕΥΣ.
ἄγ' ὡς τάχιστα. τοῦ χρόνου δέ σ' οὐ φθονῶ.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
στεῖλαί νυν ἀμφὶ χρωτὶ βυσσίνους πέπλους.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
τί δὴ τόδ'; εἰς γυναῖκας ἐξ ἀνδρὸς τελῶ;
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
μή σε κτάνωσιν, ἢν ἀνὴρ ὀφθῇς ἐκεῖ.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
εὖ γ' εἶπας αὐτό, καί τις εἶ πάλαι σοφός.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
Διόνυσος ἡμᾶς ἐξεμούσωσεν τάδε.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
πῶς οὖν γένοιτ' ἄν, ἃ σύ με νουθετεῖς, καλῶς;

---

811. De hoc versu dubitabat Lobeckius in libello de apostropho p. 53. quem editor Lipsiensis Elmsleii Baccharum per errorem ad v. 812. qui nobis est 805. citavit. Recte Elmsleius librorum scripturam tuetur. Sensus enim huius formulae est, *spatium tibi concedo, quo opus est ad agendum id, quod vis.* Σοί puto sequente οὐ posse crasin facere.

812. Nonnus XLVI. 81. *εἰ δὲ μαθεῖν ἐθέλεις χοροτερπέος ὄργια Βάκχου, φάρεα καλλείψας βασιλήϊα τέτλαθι, Πενθεῦ, θήλεα πέπλα φέρειν, καὶ γίνεο θῆλυς Ἀγαύη· μὴ δέ σε θηρεύοντα παραΐξωσι γυναῖκες.*

815. Non abundat *τίς*, ut Elmsleio visum, de cuius adnotatione ad Med. 807. vide quae dixi in censura eius libri, sed significatur isto pronomine, esse illum aliquem sapientem. Nam ut re eodem redeat, tamen ad cogitandi modum non idem est, utrum sapere aliquem, an esse unum e numero sapientum dicas.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
ἐγὼ στελῶ σε, δωμάτων εἴσω μολών.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
τίνα στολήν; ἦ θῆλυν; ἀλλ' αἰδώς μ' ἔχει.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
οὐκέτι θεατὴς Μαινάδων πρόθυμος εἶ.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
στολὴν δὲ τίνα φῂς ἀμφὶ χρῶτ' ἐμὸν βαλεῖν;
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
κόμην μὲν ἐπὶ σῷ κρατὶ ταναὸν ἐκτενῶ.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
τὸ δεύτερον δὲ σχῆμα τοῦ κόσμου τί μοι;
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
πέπλοι ποδήρεις· ἐπὶ κάρᾳ δ' ἔσται μίτρα.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
ἦ καί τι πρὸς τοῖσδ' ἄλλο προςθήσεις ἐμοί;
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
θύρσον γε χειρί, καὶ νεβροῦ στικτὸν δέρας.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
ἀλλ' αἷμα θήσεις, συμβαλὼν Βάκχαις μάχην.

---

819. Cod. Pal. τίνα στολὴν ἢ θῆλυν. Ald. τίνα στολήν; ἦ θῆλυν; Recte, quod ad distinctionem: sed ἦ neque hic, nec v. 825. ex illa editione servare debebant editores novissimi.

826. Libri θύρσον τε. Non opus hic particula τέ, sed requiritur potius usitata in huiusmodi responsione γέ; quare hanc reposui. Recte se haberet τέ, si non interrogasset Pentheus, sed aliud quid dixisset, ut v. 929. et in Oreste v. 400.

828. Nonnus XLVI. 94. Βασσαρὶς οὐ τρομέει πτερόεν βέλος, οὐ δόρυ φεύγει· ἀλλὰ δόλῳ κρυφίῳ

ΠΕΝΘΕΥΣ.
ὀρθῶς· μολεῖν χρὴ πρῶτον εἰς κατασκοπήν.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
σοφώτερον γοῦν ἢ κακοῖς θηρᾶν κακά.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
καὶ πῶς δι' ἄστεως εἶμι, Καδμείους λαθών;
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
ὁδοὺς ἐρήμους ἴμεν. ἐγὼ δ' ἡγήσομαι.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
πᾶν κρεῖσσον, ὥστε μὴ 'γγελᾶν Βάκχας ἐμοί.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
ἐλθόντ' ἐς οἴκους, ἃν δοκῇ βουλεύσομεν;

πυκάσας ἄγνωστον ὀπωπήν, ὄψεαι ὄργια πάντα χοροπλεκέος Διονύσου.

834. Vulgo hic versus Baccho, qui sequitur Pentheo, versus 837. 838. rursus Baccho tributi erant. Et hos quidem duo postremos Penthei esse, critici omnes viderunt. Sed Piersonus, Reiskius, Tyrwhittus v. 834. Baccho, v. 835—838. Pentheo dandos censuerunt; Heathius autem, Brunckius, Matthiae, Elmsleius v. 834. 837. 838. Pentheo, 835. autem Baccho tribuerunt. Bacchi quidem persona per totam hanc scenam inde a v. 779. a Tyrwhitto restituta est. Antea Bacchi partes nuncio tributae erant. Vide ad vers. 779. Displicent vero, ne quid de aequali alternatione personarum, quae in hac distributione turbata est, dicam, haec duo, primum, quod Pentheus, ut cui certum esset facere, quod hospes suaderet, statim sequente versu rursus se animi ancipitem esse ostenderet: quod sic demum recte faceret, si ab hospite ei aliquid responsum esset, quod eum dubium reddidisset; deinde, quod, si cohaererent versus 833. 834. particula aliqua eos poeta coniunxisset, *ἀλλ' ἐλθόντες ἐς οἴκους βου-*

ΠΕΝΘΕΥΣ.

ἔξεστι· πάντῃ τό γ᾽ ἐμὸν εὐτρεπὲς πάρα.
στείχοιμ᾽ ἄν. ἢ γὰρ ὅπλ᾽ ἔχων πορεύσομαι,
ἢ τοῖσι σοῖσι πείσομαι βουλεύμασιν.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

γυναῖκες, ἁνὴρ εἰς βόλον καθίσταται.
ἥξει δὲ Βάκχας, οὗ θανὼν δώσει δίκην.
Διόνυσε, νῦν σὸν ἔργον, οὐ γὰρ εἶ πρόσω,
τισώμεθ᾽ αὐτόν. πρῶτα δ᾽ ἔκστησον φρενῶν,
ἐνεὶς ἐλαφρὰν λύσσαν. ὡς φρονῶν μὲν εὖ,

λεύσομεν. His incommodis medetur illa personarum descriptio, quam Piersonus praeivit, modo, quod feci, versui 854. signum interrogandi adiiciatur.

855. Distinguebatur post πάντῃ. At non solum usitatum est simplex ἔξεστι in responsionibus, sed hic etiam res ipsa monstrat, rectius post ἔξεστι distingui. Nam hoc quidem verbum ad illa ἐλθόντ᾽ ἐς οἴκους, spectat: non intercedere enim se dicit, quominus introeant: illa autem, πάντῃ τό γ᾽ ἐμὸν εὐτρεπὲς πάρα, referuntur ad ἂν δοκῇ. Ἔξεστι probantis est, significans, *non intercedam*. Notandum illud in Helena v. 448. ἔξεστι· πείσομαι γάρ· ἀλλ᾽ ἄνες λόγον. Ibi ἔξεστι concedentis omnia est, dummodo alter finem loquendi faciat.

858. 859. Horum versuum ordinem, quum vulgo vers. 859. ante v. 858. legeretur, recte restituit Musgravius.

842. Vereor ne risissent Athenienses, si Euripides scripsisset, ἐνθεὶς ἐλαφρὰν λύσσαν. Verissima est librorum scriptura. Nonnus XLVI. 97. ὡς εἰπὼν παρέπεισεν· ἐπεὶ νόον ἀνδρὸς ἱμάσσων φοιταλέης ἐδόνησε κατάσχετον ἅλματι λύσσης.

οὐ μὴ θελήσει θῆλυν ἐνδῦναι στολήν·
ἔξω δ' ἐλαύνων τοῦ φρονεῖν, ἐνδύσεται.
χρῄζω δέ νιν γέλωτα Θηβαίοις ὀφλεῖν,
γυναικόμορφον ἀγόμενον δι' ἄστεως,
ἐκ τῶν ἀπειλῶν τῶν πρίν, αἷσι δεινὸς ἦν.
ἀλλ' εἶμι, κόσμον, ὅνπερ εἰς Ἅιδου λαβὼν
ἄπεισι, μητρὸς ἐκ χεροῖν κατασφαγείς,
Πενθεῖ προσάψων. γνώσεται δὲ τὸν Διὸς
Διόνυσον, ὃς πέφυκεν, ἐν τέλει, θεὸς

---

843. Vulgatam, *οὐ μὴ θελήσῃ*, quam servavit Elmsleius, non puto falsam esse: sed praetuli tamen futurum, quod Brunckius reposuit, propter auctoritatem cod. Pal. De differentia, quam Elmsleius inter futurum et coniunctivum in hac locutione esse statuit, dixi in censura Medeae ab eo editae ad v. 1120.

850. Quum haec vulgo ita distincta essent, *γνώσεται δὲ τὸν Διὸς Διόνυσον, ὃς πέφυκεν ἐν τέλει θεὸς δεινότατος, ἀνθρώποισι δ' ἠπιώτατος*, mirum est quas et interpretationes et correctiones protulerint viri docti. Omnia plana sunt, verbis rectius distinctis. Constructio est: *γνώσεται δὲ ἐν τέλει Διόνυσον, ὃς πέφυκε, θεὸς δεινότατος, ἀνθρώποις δ' ἠπιώτατος*. Ὃς dictum pro usitatiore *τίς*, ut in Oed. R. 1068. *ὦ δύσποτμ', εἴθε μήποτε γνοίης ὃς εἶ.* Ἐν τέλει autem est *in fine, postremo.* Ἀνθρώποις vero non, ut Elmsleio visum est, ad utrumque membrum pertinet: non enim hominibus gravem deum esse Bacchum aut voluit hic dicere hospes, aut potuit: diceret enim, quod nec verum est, et alienum foret: sed laudare vult deum, eamque ob caussam et potentissimum esse dicit, et beneficentissimum. Potentia Bacchi autem non ad solos homines spectat, quorum ille eos, a quibus contemnatur, puniat, sed inter deos etiam maxima est, omni-

δεινότατος, ἀνθρώποισι δ' ἠπιώτατος.

ΧΟΡΟΣ.

στροφή.

ἆρ' ἐν παννυχίοις χοροῖς
θήσω ποτὲ λευκὸν
πόδ' ἀναβακχεύουσα, δέρην
εἰς αἰθέρα δροσερὸν
ῥίπτουσ', ὡς νεβρὸς χλοεραῖς

---

noque in eo cernitur, quod ille, quantum quivis alius deorum, pollet, sive favet alicui, sive irascitur: beneficentiae autem fructus in solos homines cadit, qui vini munere ab eo donati promptissimum habeant malorum remedium, solamenque aegritudinis. Itaque hoc dicit: *cognoscet postremo, qui sit Bacchus, qui est deus potentissimus, hominibusque benignissimus.*

857. In Aldina sic scriptum: *ὡς νεβρὸς χλοεραῖς ἐμπάζουσα λείμακος ἡδοναῖς, ἡνίκ' ἂν φοβερὸν φύγῃ θήραμ' ἔξω φυλακᾶς, εὐπλέκτων ὑπὲρ ἀρκύων. θωΰσσων δὲ κυναγέτας, συντείνῃ δρόμημα κυνῶν, μόχθοις τ', ὠκυδρόμοις τ' ἀέλλαις θρώσκῃ πεδίον παραποτάμιον, ἡδομένα* et reliqua. Etiam Matthiae verba *μοχθοῖς τ' ὠκυδρόμοις τ' ἀέλλαις θρώσκῃ πεδίον* in interpungendo coniunxit. Elmsleius, qui recepto e cod. Pal. *θρώσκει*, verba *ἡνίκ' ἂν — ἀέλλαις* parentheseos signis inclusit, construi voluit *ὡς νεβρὸς χλοεραῖς ἐμπαίζουσα λείμακος ἡδοναῖς θρώσκει πεδίον.* Hoc, mea sententia, probari non potest. Quum enim verba *ὡς νεβρὸς χλοεραῖς ἐμπαίζουσα λείμακος ἡδοναῖς,* verbo ex praecedentibus intellecto, ut solet in huiusmodi comparationibus fieri, non indigeant proprio aliquo verbo, non modo nemo, qui haec audiat, exspectabit verbum; ubi autem sex versibus interpositis sequitur, quod cum illo *ὡς νεβρός* construendum sit verbum *θρώσκει*, con-

ἐμπαίζουσα λείμακος ἡδοναῖς,
ἡνίκ' ἂν φοβερὸν φύγῃ
θήραμ' ἔξω φυλακᾶς
εὐπλέκτων ὑπὲρ ἀρκύων,

---

turbabitur, neque habebit, quo id referat. Hoc vitium veteres in scribendo maxime vitarunt, et iure: mala est enim oratio, quam ubi intellexisse tibi videaris, denique videas te non intellexisse, sed aliter debere animo concipere. Praeter impeditam constructionem vero etiam hoc in illa distinctione displicet, quod, quum cervae celeritatem depingere deberet chorus, canum potius rapidos cursus commemorat: atqui cum cerva se, non cum canibus comparat. Accedit, quod antistrophae comparatio ipso verbo *μόχθοις* novam sententiam incipere suadet. Quamobrem illud quidem non videtur dubium esse, *ὠκυδρόμοις ἀέλλαις* esse cum verbo *θρώσκῃ* sive *θρώσκει* coniungendum. Et hoc quidem verbum, sive *θρώσκῃ* scribas, ut pendeat ex *ἡνίκ' ἄν*, sive *θρώσκει*, ut per copulam *τέ* nova sententia ad illa *ὡς νεβρός* adiecta sit, recte se habebit. Praestat tamen indicativus, quod liberius conformata constructione magis poetica videtur oratio. Iam vero ad illa quod attinet, *μόχθοις τ' ὠκυδρόμοις τ' ἀέλλαις*, quum primum *τε* non opponatur alteri, sed nectat totam illam sententiam, quae verbo *θρώσκει* regitur, cum praecedentibus: malis sane illo altero *τέ* carere posse. Vide ad v. 743. Notabilis scriptura cod. Pal. a prima manu *μοχθροῖς*: quod vocabulum si idonea auctoritate communiri posset, eleganter scriberetur, *μοχθροῖς τ' ὠκυδρόμοις ἀέλλαις θρώσκει*. Velim vero aliquis liber praebeat, *μοχθοῖς τ' ὠκυδρόμοις ἀελλὰς θρώσκει*, ut *ἀελλάδων ἵππων*, apte commemoratum ab Elmsleio, in Oed. R. 467.

θωΰσσων δὲ κυναγέτας
συντείνῃ δρόμημα κυνῶν·
μόχθοις τ', ὠκυδρόμοις τ' ἀέλ-
λαις θρώσκει πεδίον
παραποτάμιον, ἡδομένα
βροτῶν ἐρημίαις,
σκιαροκόμου τ' ἐν ἔρνεσιν ὕλας.
τί τὸ σοφόν, ἢ τί τὸ κάλλιον
παρὰ θεῶν γέρας ἐν βροτοῖς,
ἢ χεῖρ' ὑπὲρ κορυφᾶς
ἐχθρῶν κρείσσω κατέχειν;
ὅτι καλόν, φίλον αἰεί.

ἀντιστροφή.

ὁρμᾶται μόλις, ἀλλ' ὅμως
πιστὸν τό γε θεῖον
σθένος· ἀπευθύνει δὲ βροτῶν
τούς τ' ἀγνωμοσύναν
τιμῶντας, καὶ μὴ τὰ θεῶν
αὔξοντας σὺν μαινομένᾳ δόξᾳ.
κρυπτεύουσι δὲ ποικίλως
δαρὸν χρόνου πόδα, καὶ
θηρῶσιν τὸν ἄσεπτον. οὐ
γὰρ κρεῖσσόν ποτε τῶν νόμων
γιγνώσκειν χρὴ καὶ μελετᾶν.
κούφα γὰρ δαπάνα νομί-
ζειν ἰσχὺν τόδ' ἔχειν,
ὅτι ποτ' ἄρα τὸ δαιμόνιον,

---

872. Libri et hic et in antistropha *τῶν ἐχθρῶν*. Delevi articulum hic plane ineptum.

873. Ald. hic et in antistropha *ἀεί*. Recte Matthiae *αἰεί*, ut in versu Pherecrateo.

τό τ᾽ ἐν χρόνῳ μακρῷ
νόμιμον ἀεὶ, φύσει τε πεφυκός.
τί τὸ σοφόν, ἢ τί τὸ κάλλιον
παρὰ θεῶν γέρας ἐν βροτοῖς,
ἢ χεῖρ᾽ ὑπὲρ κορυφᾶς
ἐχθρῶν κρείσσω κατέχειν;
ὅτι καλόν, φίλον αἰεί.

ἐπῳδός.

εὐδαίμων μέν, ὃς ἐκ θαλάσσας
ἔφυγε κῦμα, λιμένα δ᾽ ἔκιχεν.
εὐδαίμων δ᾽, ὃς ὕπερθε μόχθων
ἐγένεθ᾽. ἕτερα δ᾽ ἕτερος ἕτερον
ὄλβῳ καὶ δυνάμει παρῆλθεν.
μυρίαι δὲ μυρίοισιν
ἔτ᾽ εἰσὶν ἐλπίδες. αἳ μὲν
τελευτῶσιν ἐν ὄλβῳ
βροτοῖς, αἳ δ᾽ ἀπέβησαν.
τὸ δὲ κατ᾽ ἦμαρ ὅτῳ βίοτος
εὐδαίμων, μακαρίζω.

---

900. Libri, *μυρίαι μυρίοισιν ἔτ᾽ εἰσὶν ἐλπίδες.* Addidi particulam non minus sensus, quam metri caussa. Metra in hac epodo eadem ubique repetuntur, praeterquam quae in utraque eius parte catalexi inserviunt. *Ἔτι* dicit, quod, si quis opibus et potentia careat, certe spes ei adhuc reliqua est. *Ἔτ᾽ εἰσίν* ferri potest, anacrusi Pherecrateo adiecta. Quamquam propter caeterorum metrorum inter se similitudinem dubitari potest, utrum *ἔτ᾽ εἴσ᾽*, an *μυρίοις*, an *βροτοῖσιν* ab Euripide scriptum sit.

904. Libri *ἦμαρ.* Nec debebat Elmsleius Doricam formam ponere, quum in Glyconeis, praesertim ubi sedatior est et tranquillior oratio, multo minor sit usus Dorismi.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

Σὲ τὸν πρόθυμον ὄνθ' ἃ μὴ χρεὼν ὁρᾶν,
σπεύδοντά τ' ἀσπούδαστα, Πενθέα λέγω,
ἔξιθι πάροιθε δωμάτων, ὄφθητί μοι,
σκευὴν γυναικὸς Μαινάδος Βάκχης ἔχων,
μητρός τε τῆς σῆς ἐκ λόγου κατάσκοπος.
πρέπεις δὲ Κάδμου θυγατέρων μορφῇ μιᾷ.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

καὶ μὴν ὁρᾶν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ,
δισσὰς δὲ Θήβας καὶ πόλισμ' ἑπτάστομον.
καὶ ταῦρος ἡμῖν πρόσθεν ἡγεῖσθαι δοκεῖς,
καὶ σῷ κέρατε κρατὶ προσπεφυκέναι.
ἀλλ' ἤ ποτ' ἦσθα θήρ· τεταύρωσαι γὰρ οὖν.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

ὁ θεὸς ὁμαρτεῖ, πρόσθεν ὢν οὐκ εὐμενής,
ἔνσπονδος ἡμῖν. νῦν δ' ὁρᾷς ἃ χρή σ' ὁρᾶν.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

τί φαίνομαι δῆτ'; οὐχὶ τὴν Ἰνοῦς στάσιν,
ἢ τὴν Ἀγαυῆς ἑστάναι μητρός γ' ἐμῆς;

---

910. Libri καὶ λόγου. Scripsi ἐκ λόγου.

911. Musgravius coniecit μορφὴν, quod omnino elegantius est.

912. Nonnus XLVI. 125. καὶ διδύμους φαέθοντας ἐδέρκετο, καὶ δύο Θήβας.

916. Ald. ἀλλ' ἦ ποτ' ἦσθα θὴρ, commate interpungens. Vnde scripserunt recentiores. ἀλλ' ἦ ποτ' ἦσθα θήρ; Non videntur hic ἀλλ' ἦ satis aptae particulae. Quare ἀλλ' ἤ scripsi.

919. Recte se habet τί φαίνομαι, nec debet τί in τίς mutari. Intelligitur enim aliquis infinitivus: *quid videor repraesentare.* Id docet, quem explicandi caussa addit infinitivum ἑστάναι.

920. Γέ non potest hic *utpote* significare, ut

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
αὐτὰς ἐκείνας εἰσορᾶν δοκῶ σ' ὁρῶν.
ἀλλ' ἐξ ἕδρας σοι πλόκαμος ἐξέστηχ' ὅδε,
οὐχ ὡς ἐγώ νιν ὑπὸ μίτρᾳ καθήρμοσα.

ΠΕΝΘΕΥΣ.
ἔνδον προσείων αὐτὸν ἀνασείων τ' ἐγώ,
καὶ βακχιάζων, ἐξ ἕδρας μεθώρμισα.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
ἀλλ' αὐτὸν ἡμεῖς, οἷς σε θεραπεύειν μέλει,
πάλιν καταστελοῦμεν. ἀλλ' ὄρθου κάρα.

ΠΕΝΘΕΥΣ.
ἰδού, σὺ κόσμει. σοὶ γὰρ ἀνακείμεσθα δή.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
ζῶναί τέ σοι χαλῶσι, κοὐχ ἑξῆς πέπλων
στολίδες ὑπὸ σφυροῖσι τείνουσιν σέθεν.

ΠΕΝΘΕΥΣ.
κἀμοὶ δοκοῦσι παρά γε δεξιὸν πόδα.
τἀνθένδε δ' ὀρθῶς παρὰ τένοντ' ἔχει πέπλος.

Elmsleio videtur, sed significat *adeo*. Nonnus XLVI. 110. καὶ χροῒ ποικιλόνωτον ἐδύσατο πέπλον Ἀγαύης, Αὐτονόης δ' ἔσφιγξεν ἐπὶ πλοκαμῖσι καλύπτρην.

921. Nonnus XLVI. 123. ἦ τάχα φαίης ἄγρια κωμάζουσαν ἰδεῖν λυσσώδεα Βάκχην.

924. Nonnus ibidem v. 116. μιμηλοῖς δὲ πόδεσσιν ἕλιξ ὠρχήσατο Πενθεὺς ἠδυμανής, λοξῷ δὲ πέδον κροτάλιζε πεδίλῳ ἐκ ποδὸς αἰθύσσων ἕτερον πόδα, χεῖρα δὲ δισσὴν θηλύνων ἐλέλιζεν ἀμοιβάδα δίζυγι χαλκῷ, οἷα γυνὴ παίζουσα χοροιτύπος· οἷα δὲ ῥόπτρων δίκτυπον ἁρμονίην κροτέων ἑτερόζυγι χαλκῷ, ἠερίαις μεθέηκεν ἀλήμονα βόστρυχον αὔραις, Λυδὸν ἀνακρούων μέλος εὔιον.

929. Nonnus ibidem v. 114. μετερχομένοιο δὲ Βάκχας ποικίλος ἰχνευτῆρι χιτὼν ἐπεσύρετο ταρσῷ.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
ἦ πού με τῶν σῶν πρῶτον ἡγήσει φίλων,
ὅταν παράλογον σώφρονας Βάκχας ἴδῃς.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
πότερα δὲ θύρσον δεξιᾷ λαβὼν χερί,
ἢ τῇδε, Βάκχῃ μᾶλλον εἰκασθήσομαι;
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
ἐν δεξιᾷ χρὴ, χἅμα δεξιῷ ποδὶ
αἴρειν νιν. αἰνῶ δ' ὅτι μεθέστηκας φρενῶν.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
ἆρ' ἂν δυναίμην τὰς Κιθαιρῶνος πτυχὰς
αὐταῖσι Βάκχαις τοῖς ἐμοῖς ὤμοις φέρειν;
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
δύναι' ἄν, εἰ βούλοιο. τὰς δὲ πρὶν φρένας
οὐκ εἶχες ὑγιεῖς. νῦν δ' ἔχεις οἵας σε δεῖ.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
μοχλοὺς φέρωμεν, ἢ χεροῖν ἀνασπάσω,
κορυφαῖς ὑποβαλὼν ὦμον ἢ βραχίονα;
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
μὴ σύ γε τὰ Νυμφῶν διολέσῃς ἱδρύματα,
καὶ Πανὸς ἕδρας, ἔνθ' ἔχει συρίγματα.
ΠΕΝΘΕΥΣ.
καλῶς ἔλεξας. οὐ σθένει νικητέον
γυναῖκας· ἐλάταισιν δ' ἐμὸν κρύψω δέμας.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
κρύψει σὺ κρύψιν, ἥν σε κρυφθῆναι χρεὼν,

---

939. Nonnus ibidem v. 126. ἔλπετο δ' ἀκαμάτων ἐπικείμενον ὑψόθεν ὤμων Θήβης ἑπταπύλοιο μετοχλίζειν πυλεῶνα.

949. Totum hoc colloquium ita compositum

ἐλθόντα δόλιον Μαινάδων κατάσκοπον.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

καὶ μὴν δοκῶ σφᾶς ἐν λόχμαις, ὄρνιθας ὥς,
λέκτρων ἔχεσθαι φιλτάτοις ἐν ἕρκεσιν.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

οὐκοῦν ἐπ' αὐτὸ τοῦτ' ἀποστέλλῃ φύλαξ.
λήψει δ' ἴσως σφᾶς, ἢν σὺ μὴ ληφθῇς πάρος.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

κόμιζε διὰ μέσης με Θηβαίας χθονός.
μόνος γάρ εἰμ' αὐτῶν ἀνήρ, τολμῶν τόδε.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

μόνος σὺ πόλεως τῆσδ' ὑπερκάμνεις, μόνος.
τοιγάρ σ' ἀγῶνες ἀναμένουσιν, οὓς ἐχρῆν.
ἕπου δέ. πομπὸς δ' εἶμ' ἐγὼ σωτήριος.
κεῖθεν δ' ἀπάξει σ' ἄλλος

---

est, ut iis, quae Bacchus ambigua dicit, metus potius et miseratio quam irrisio aliqua Penthei in animis spectatorum excitetur eorum quidem, qui satis eruditi sint. Nam vulgus ridebat, neque id nolente poeta.

955. Nonnus XLVI. v. 128. *ἀμφὶ δέ μιν στεφανηδὸν ἐκυκλώσαντο πολῖται*, idque deinceps more suo copiosius persequitur.

956. Elmsleius, numeris huius versus offensus, edidit, *μόνος γὰρ αὐτῶν εἰμ' ἀνήρ, τολμῶν τόδε.* Mihi etiam qui a communi forma nonnihil recedunt versus, si vis aliqua in asperiore numero est, non videntur mutandi esse, sed magis laudandus poeta, qui huiusmodi versibus apte variare numeros sciat. Huic quidem versui simillimus est, quem ex Suppl. 503. Elmsleius affert, *σφάλλῃ γὰρ ἐν τούτῳ μόνῳ, τἄλλ' εὖ φρονῶν.* In utroque ante quartum pedem interpunctio est; in utroque gravis et nervosa oratio, urgens et inculcans id, quo animus dicentis plenus est.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

ἡ τεκοῦσά γε.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

ἐπίσημον ὄντα πᾶσιν.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

ἐπὶ τόδ' ἔρχομαι.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

φερόμενος ἥξεις

ΠΕΝΘΕΥΣ.

ἁβρότητ' ἐμὴν λέγεις.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

ἐν χερσὶ μητρός.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

καὶ τρυφᾶν μ' ἀναγκάσεις.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

τρυφάς γε τοιάσδ'.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

ἀξίων μὲν ἅπτομαι.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

δεινὸς σύ, δεινός, κἀπὶ δείν' ἔρχῃ πάθη,
ὥστ' οὐρανῷ στηρίζον εὑρήσεις κλέος.
ἔκτειν', Ἀγαυή, χεῖρας, αἵ θ' ὁμόσποροι
Κάδμου θυγατέρες· τὸν νεανίαν ἄγω
τόνδ' εἰς ἀγῶνα μέγαν. ὁ νικήσων δ' ἐγὼ

---

962. Nihil mutandum. *Hanc*, inquit, *mollitiem meam dicis:* i. e. hoc, quod manibus sublatus domum ferar.

964. Vereor ne scripserit, ἀξίων γὰρ ἅπτομαι. Si sincerum est μέν, insolentior est responsio, omisso ἀξίων δὲ τεύξομαι, ut quod lateat quodammodo in iis, quae Bacchus modo dixerat, τρυφάς γε τοιάσδε.

καὶ Βρόμιος ἔσται. τἄλλα δ' αὐτὸ σημανεῖ.

ΧΟΡΟΣ.

στροφή.

Ἴτε θοαὶ Λύσσης κύνες, ἴτ' εἰς ὄρος,
θίασον ἔνθ' ἔχουσι Κάδμου κόραι.
ἀνοιστρήσατέ νιν
ἐπὶ τὸν ἐν γυναικομίμῳ στολᾷ
Μαινάδων * κατάσκοπον λυσσώδη.
μάτηρ πρῶτά νιν λευρᾶς ἀπὸ πέτρας
ἢ σκόλοπος ὄψεται
δοκεύοντα, Μαινάσιν δ' ἀπύσει·
τίς ὅδε Καδμείων μαστὴρ οὔριον

---

971. Vulgo *οὖρος*. Pal. *ὄρος*, quod dubitat Elmsleius an recte se habeat. Iure: nam non modo Euripides non dixit usquam alibi *οὖρος*, aut ullus alius tragicus, sed ne Homerus quidem. Diphthongum epici metri caussa in casibus trisyllabis usurparunt.

975. Si vulgata in antistrophico versu scriptura recte se habet, metrum restitui quidem posset, sed nonnisi audaciore coniectura, ut *κατὰ τᾶν Μαινάδων σκοπὸν λυσσώδη*. Sed nihil nisi una syllaba excidisse videtur post *Μαινάδων*. Crediderim Euripidem scripsisse *δυσκατάσκοπον*. Vt nominibus propriis ista particula adiicitur, e. c. *Δύσπαρις*, *Δυσελένα*, ita aliquando etiam appellativis, quale est apud Aeschylum *δυσευνάτωρ*.

979. Ald. *οὐριοδρόμων ἐς ὄρος ἐς ὄρος ἔμολεν*. Pal. *ὀριοδρόμων εἰς ὄρος εἰς ὄρος ἔμολεν ἔμολεν*. Matthiae eleganter, *οὔριον δρόμον ἐς ὄρος, ἐς ὄρος ἔμολεν*. Elmsleius coniecit *οὐριοδρομῶν*, alterum versum ita scriptum exhibens: *ἐς ὄρος, ἐς ὄρος ἔμολ', ἔμολεν, ὦ Βάκχαι;* At si iterasset Euripides *ἔμολεν*, plene, opinor, ut in Pal. est, *ἔμολεν*, *ἔμολεν* scripsisset. Deinde autem, si *οὐριοδρομῶν* scriben-

δρόμον ἐς ὄρος, ἐς ὄρος ἔμολεν, ὦ Βάκχαι,
τίς ἄρα νιν ἔτεκεν; οὐ
γὰρ ἐξ αἵματος γυναικῶν ἔφυ,
λεαίνας δέ τινος ὅδ᾽ ἢ Γοργόνων
Λιβυσσᾶν γένος.
ἴτω δίκα φανερός,

---

dum putabat Elmsleius, necessario sequens versus aliter erat constituendus. Nam quae respondere sibi vult,

τίς ὅδε Καδμείων μαστὴρ οὐριοδρομῶν,
τὸ σοφὸν οὐ φθόνῳ χαίρω θηρεύουσα,

responderent illa quidem sibi, si metrum ex dochmio et iambico ischiorrhogico compositum esset: sed id ut secus esse statuamus, tum finalis syllaba brevis monet, quae longa esse debebat; tum illud etiam suadet, quod ea syllaba in sequentem versum coniecta, continuos habemus dochmios. In stropha facile quidem ex cod. Pal. scriptura restitui dochmiacus posset, hoc modo,

μῶν εἰς ὄρος, εἰς ὄρος ἔμολεν. ὦ Βάκχαι,

sed valde ille tamen inelegans propter longam finalem in anacrusi collocatam, longa arsi sequente. Accedit quod verbum illud *οὐριοδρομῶν* orationem ad prosae tenuitatem demittit. Vtrique vitio mederetur, qui *οὐριόδρομος εἰς ὄρος εἰς ὄρος ἔμολεν* scriberet. Sed tamen ne sic quidem elegantes erunt numeri. Quare posui, quod et ipse pridem conieceram, et Matthiae dedit.

983. Quod Aldina habet, *λεαίνας δέ γε τινὸς*, a metri correctore profectum esse, non numerose collocatum *τινός* ostendit. Ei vitio medetur scriptura codicis Pal. *γέ* omittentis. Atque idem codex quum *ὅδ᾽* ante *ἔφυ* addat, collocavi hanc vocem post *τινός*.

ἴτω ξιφηφόρος,
φονεύουσα λαιμῶν διαμπὰξ
τὸν ἄθεον, ἄνομον, ἄδικον Ἐχίονος
γόνον γηγενῆ·

ἀντιστροφή.

ὃς ἀδίκῳ γνώμᾳ, παρανόμῳ τ' ὀργᾷ
περὶ τὰ Βάκχι' ὄργι' ἆς ματέρος
μανεῖσα πραπίδι
παρακόπῳ τε λήματι στέλλεται,
τὰν ἀνίκατον ὡς κρατήσων βίᾳ
γνώμαν σώφρον', ἃ θνατοῖς ἀπροφάσι-

---

989. Libri hic *γόνον*, in antistropha *τόκον*. Alterutrum utrobique ponendum esse, recte iudicat Elmsleius.

991. Libri *περὶ τὰ βάκχι' ὄργια ματρός τε σᾶς*. Id, recepta Scaligeri coniectura *σά* pro *τά*, mihi probandum videbatur in Elem. D. M. p. 253. ita ut *ὄργια* duabus syllabis pronunciaretur. Synizesin illam, etsi rariorem, tamen non plane repudiatam a poetis esse, etiamnum credo. Sed hoc quidem exemplum ipse nunc reiicio, non propter synizesin, sed propter sensum. Nam etsi aliquam rationem aperuit Elmsleius, qua hic Semelae orgia, vel etiam Rheae, quamquam de hac difficilius persuadebit, commemorari potuerint, tamen, ut Rhea plane ab hoc loco aliena foret, ita Semelae saltem non apta est mentio. Videor mihi haec ita emendasse, ut id nominetur, quod est huic loco convenientissimum, sacra ab Agaue Baccho celebrata.

994. Vulgo ex Ald. *τὸν ἀνίκατον*. Recepi scripturam cod. Pal. Plene interpunxerunt editores post *βίᾳ*, ubi Aldus recte nullam interpunctionem habet.

995. Ald. *γνώμαν σώφρονα, θάνατος ἀπροφάσιστος, εἰ τά τε θεῶν ἔφη, βροτείῳ τ' ἔχειν*

στος εἰς τὰ θεῶν ἔφυ,
βροτείῳ τ' ἔχειν ἄλυπος βίῳ.
τὸ σοφὸν οὐ φθόνῳ χαίρω θηρεύου-
σα· τὰ δ' ἕτερα, μεγάλα φανερὰ τῶν ἀεὶ

ἄλυπος βιός. Ex Hervagiana secunda manavit *εἰς τά τε θεῶν.* Pal. *εἰς τὰ θεῶν.* Quae multi multa coniecerunt, commemoravit Elmsleius. Nihil illorum aut metro, aut sensui ex omni parte satisfacit. Nec mirum, quum non animadvertissent critici, *γνώμαν σώφρονα* cum praecedentibus cohaerere. Recepto igitur *εἰς τὰ θεῶν* e cod. Pal. caetera facili mutatione restitui. Sensus est: *ut invictam vi superaturus piam mentem*, (Bacchi sacra scilicet celebrantium) *quae mortalibus nullo praetextu in rebus divinis detrectanda, ad humanamque vitam expers mali est, eam habet.*

999. Ald. *τὰ δ' ἕτερα μεγάλα, φανερὰ τῶν αἰεὶ ἐπὶ τὰ καλὰ βίον ἦμαρ εἰς νύκτα τ' εὖ ἄγοντ' εὐσεβεῖν·* Pal. *ἀεὶ* et *ἄγουντ'.* Vehementer torsit hic locus interpretes, in quo si distinctione correcta vestigia sequimur codicis Palatini, et cum Reiskio *κατά* scribimus pro *καλά*, nihil obscuri est. *Αἰεὶ* in Aldina correctori metrorum debetur. *Εὖ ἀγοῦντ'* autem in unum verbum contrahendum. Eo quum alii usi, cum Theocritus in notissimo versu, *αὐτὸς δ' εὐαγέοιμι καὶ εὐαγέεσσιν ἅδοιμι*, XXVI, 30. *Τῶν ἀεί* intellige *τῶν ἀεὶ παρόντων.* Constructio est, *τὰ δ' ἕτερα, φανερά ἐστι τῶν ἀεὶ μεγάλα ὄντα ἐπὶ τὰ κατὰ βίον.* Hoc dicit: *valde delector altiore sapientia consectanda: sed altera illa aperte inter ea, quae quodque tempus fert, magnum momentum habent ad vitae statum, a mane ad noctem pura mente pium esse, repudiantemque, quae contra fas instituta sint, colere deos.* Ad *τῶν ἀεί* proprie intelligi debet *μεγάλων ὄντων*, i. e. inter ea, quae quoque tempore aliquid

ἐπὶ τὰ κατὰ βίον, ἦ-
μαρ εἰς νύκτα τ᾽ εὐαγοῦντ᾽ εὐσεβεῖν,
τὰ δ᾽ ἔξω νόμιμα δίκας ἐκβαλόν-
τα τιμᾶν θεούς.
ἴτω δίκα φανερός,
ἴτω ξιφηφόρος,
φονεύουσα λαιμῶν διαμπὰξ
τὸν ἄθεον, ἄνομον, ἄδικον Ἐχίονος
γόνον γηγενῆ.

ἐπῳδός.

φάνηθι ταῦρος, ἢ πολύκρανος ἰδεῖν
δράκων, ἢ πυριφλέγων

---

conferunt ad felicitatem vitae, plurimum confert illud alterum, pietatem dico. Nam τὰ ἕτερα opponuntur sapientiae illi, quam modo dixerat. Sententia est eadem fere, quae supra vers. 425. Sapientiam enim intelligit illam, quae comtempta superstitione liberius de diis sentit. A qua etsi se non abhorrere fatetur, tamen praestare ad vitam sine timore agendam dicit simplicem illam pietatem, quae credere de rebus divinis, quam non credendo in poenas incidere malit. Verba ἦμαρ εἰς νύκτα recte monet Elmsleius significare *per diem usque ad noctem*, i. e. toto die, τέ autem, quod sequitur, respondentem sibi habere particulam, quae est in altero membro. Eam vero non recte censet τέ esse debere. Deberet, si pro illis τὰ ἔξω νόμιμα δίκας ἐκβαλόντα contrarium positum esset, e. c. τὰ δίκαια στέρξαντα. Sic enim abesset oppositio. Nunc vero, quum dixerit εὐαγοῦντα, eique verbo opponat sententiam, in qua contrarium, τὰ μὴ εὐαγῆ, inest, recte et necessario δέ infert, quod praegresso τέ respondeat.

1008. Vide ad v. 989.

ὁρᾶσθαι λέων.
ἴθ', ὦ Βάκχε, θηραγρέτᾳ Βακχᾶν
γελῶντι
προσώπῳ περίβαλε βρόχον, ἐπὶ θανάσι-
μον ἀγέλαν πεσόντα τὰν Μαινάδων.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὦ δῶμ', ὅ πρίν ποτ' εὐτύχεις ἀν' Ἑλλάδα
Σιδωνίου γέροντος, ὃς τὸ γηγενὲς
δράκοντος ἔσπειρ' ὄφεον ἐν γαίᾳ θέρος,

1015. In Aldina postremi versus sic divisi sunt:

γελῶντι προσώπῳ
περίβαλε βρόχον,
ἐπὶ θανάσιμον ἀγέλαν
πεσόντα τὰν Μαινάδων.

Nullus in his numerus est. Apertum vero, finiri epodum numero dochmiaco. Itaque recte haec Matthiae in duos versus coniunxit, quorum primus post unum Bacchium sive amphibrachum duos dochmios haberet, ex quibus pedibus secundus compositus est. Ego separavi illum amphibrachum sive rectius Bacchium a dochmiis, nequis in legendo conturbetur. Primus epodi versus est iambelegus, secundus iambicus ischiorrhogicus, tertius dochmius, quartus ex antispasto et dochmio factus. In fine epodi servavi *πεσόντα*, quod qui in *πεσόντι* mutarunt propter dativum *θηραγρέτᾳ*, aut qui propter accusativum *πεσόντα* scripserunt *θηραγρέταν*, ut Matthiae, non videntur memores fuisse usitatissimae accusativi cum dativo consociationis, de qua quum Brunckius ad Soph. El. 480, tum alii aliis locis dixerunt. Recte autem illatus est hic accusativus, quia pendet ex eo, quod latet in verbis *περίβαλε βρόχον*, quod est *ἅλισκε*.

1018. Libri *ὄφεος*. Recepi Barnesii coniectu-

ὥς σε στενάζω, δοῦλος ὢν μέν, ἀλλ᾽ ὅμως
χρηστοῖσι δούλοις συμφορὰ τὰ δεσποτῶν.

ΧΟΡΟΣ.

τί δ᾽ ἔστιν; ἐκ Βακχῶν τι μηνύεις νέον;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Πενθεὺς ὄλωλε, παῖς Ἐχίονος πατρός.

ΧΟΡΟΣ.

ὦναξ Βρόμιε, θεός, θεὸς φαίνῃ μέγας.

---

ram *ὄφεον*, etsi non habeo aliud exemplum huius adiectivi. Sed haec sunt eiusmodi, ut videantur etiam sine exemplis emendari posse.

1020. Pal. pro *τὰ* habet *τῆς*, ita scriptum, ut etiam pro *τις* accipi possit. Quum hic versus etiam in Medea v. 54. legatur, sed adiunctis his verbis, *κακῶς πιτνοῦντα, καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται*, Porsonus haec etiam in Bacchis adiicienda putabat, Dobraeus autem ad Aristophanis Plutum v. 886. suspicabatur, eiiciendum esse versum 1020. ut adscriptum ex Medea. Veri similior, si ex his alterum optandum est, Porsoni coniectura videtur, quia hic mos est tragicorum, ut data opportunitate orationes tali sententia finiant. Sed non video idoneam rationem, cur non debeamus in eo, quod libri praebent, acquiescere. Nam etsi non explicate dictum est *τὰ δεσποτῶν*, tamen res ipsa ostendit, tale quid, ut *πλέα συμφορᾶς*, ex praegresso vocabulo *συμφορά* intelligi.

1023. Vulgo ex Aldina, *ὦ 'ναξ Βρόμιε, καὶ γὰρ θεὸς φαίνῃ μέγας.* Cod. Pal. omittit *καὶ γάρ*, quod parum nervosum additamentum est metrorum correctoris, cui multae debentur in Aldi editione scripturae. Non videtur tamen dubitari posse, quin trimeter sit hic versus. Quare geminavi *θεός*.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

πῶς φῄς; τί τοῦτ' ἔλεξας; ἢ 'πὶ τοῖς ἐμοῖς
χαίρεις κακῶς πράσσουσι δεσπόταις, γύναι;

ΧΟΡΟΣ.

στροφή.

εὐάζω ξένα μέλεσι βαρβάροις.
οὐκέτι γὰρ δεσμῶν ὑπὸ φόβῳ πτήσσω.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Θήβας δ' ἀνάνδρους ὧδ' ἄγεις * *

ΧΟΡΟΣ.

μεσῳδός.

ὁ Διόνυσος, ὁ Διόνυσος, οὐ Θῆβαι
κράτος ἔχουσ' ἐμόν.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

συγγνωστὰ μέν σοι, πλὴν ἐπ' ἐξειργασμένοις
κακοῖσι χαίρειν, ὦ γυναῖκες, οὐ καλόν.

1024. Non opus erat, ut ἦ a Brunckio pro ἢ positum novissimi editores reciperent, contra librorum fidem. Quamquam hic etiam ἦ recte se habet.

1026. Seidlerus in libro de verss. dochm. p. 264. hic antistrophica cum mesodo esse vidit. Sed illud non recte fecit, quod etiam v. 1028. post quem excidisse unum trimetrum putat, respondere vult versibus 1031. 1032. Respondent sibi quidem trimetri, sed ita, ut et stropham et antistropham duo antecedant, unus autem mesodum.

1028. Excidisse aliquid, non est dubium. Neque enim nuncio convenit, hic praesertim, ubi non commoto et perturbato animo est, alio quam trimetro versu uti. Sed satis est tale quid excidisse putare, *πρόμου μόρῳ*. Itaque in fine versus lacunae signa posui.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστροφή.

ἔνεπέ μοι, φράσον, τίνι μόρῳ θνήσκει;
ἄδικος, ἄδικά τ' ἐκπορίζων ἀνήρ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἐπεὶ Θεραπνὰς τῆσδε Θηβαίας χθονὸς
λιπόντες, ἐξέβημεν Ἀσωποῦ ῥοάς,
λέπας Κιθαιρώνειον εἰςεβάλλομεν,
Πενθεύς τε κἀγώ, δεσπότῃ γὰρ εἱπόμην,

1033. Vulgo ἔννεπέ μοι. Recte, inquit Elmsleius, Brunckius ἔνεπέ μοι, sed neglexit Matthiae. Si Elmsleius, ut coniicio, ἔνεπέ μοι propterea praetulit, quod, ut ad Medeae v. 88. ait, tragici poeticas formas ea lege usurpaverint, ut communis forma in eadem sede metro adversaretur, propter ipsam illam legem hic ἔννεπέ μοι praeferre debebat. Non enim ubique primitiva forma communis est, sed communis habetur, quae magis est usu communi trita. Ea est autem ἐννέπειν, ut tragici ἐνέπειν non nisi ubi brevi prima opus esset, dixisse videantur. Eadem ratio est compositorum quorumdam, ut χρυσόῤῥυτος. Caeterum Aldina in fine huius versus, ubi recentiores nullam interpunctionem habent, commate interpungit: et sic volebat Seidlerus de verss. dochm. p. 90. ut hiatus haberet, quo defenderetur. At non est hic locus similis illis, quibus eum defendere Seidlerus studet. Omninoque si in unam sententiam coniunguntur hi duo versus, nullo pacto excusari hiatus potest. Verum non cohaerent. Primo enim versu interrogat chorus, quomodo ille perierit: valde enim cupit cognoscere. Tum altero versu ad ea, quae nuncius dixerat, respondet: iure se gaudere morte eius; impium enim fuisse, et impia esse facinora molitum.

ξένος θ', ὃς ἡμῖν πομπὸς ἦν θεωρίας.
πρῶτον μὲν οὖν ποιηρὸν ἵζομεν νάπος,
τά τ' ἐκ ποδῶν σιγηλὰ καὶ γλώσσης ἄπο
σώζοντες, ὡς ὁρῷμεν οὐχ ὁρώμενοι.
ἦν δ' ἄγκος ἀμφίκρημνον, ὕδασι διάβροχον,
πεύκαισι συσκιάζον, ἔνθα Μαινάδες
καθῆντ', ἔχουσαι χεῖρας ἐν τερπνοῖς πόνοις.
αἳ μὲν γὰρ αὐτῶν θύρσον ἐκλελοιπότα
κισσῷ κομήτην αὖθις ἐξανέστεφον·
αἳ δ', ἐκλιποῦσαι ποικίλ' ὡς πῶλοι ζυγά,
βακχεῖον ἀντέκλαζον ἀλλήλαις μέλος.
Πενθεὺς δ' ὁ τλήμων, θῆλυν οὐχ ὁρῶν ὄχλον,
ἔλεξε τοιάδ'· ὦ ξέν', οὗ μὲν ἕσταμεν,
οὐκ ἐξικνοῦμαι Μαινάδων, ὄσσοις ὅσον·

1044. Vt multis in locis activa pro passivis posita esse interpretes non recte indicant, ita hic quoque, ubi *συσκιάζον* non est pro *συσκιαζόμενον* dictum, sed significat *umbram faciens*. Nonnus XLVI. 148. *ἀμπελόεις τότε Βάκχος ὀρειάδος ἔνδοθι λόχμης ἀρχαίην ἐλάτην ἰσομήκεα γείτονι πέτρῃ δένδρον ἰδὼν περίμετρον ἐγήθεεν, ἧς ὑπὸ θάμνῳ ἀγχινεφεῖς πετάλοισιν ἐπεσκιόωντο κολῶναι.*

1046. Nonnus XLVI. 158. *καὶ τότε Βασσαρίδεσσι χοροίτιδες ἤλυθον ὧραι· ἀλλήλαις δ' ἐκέλευον, ἀνεζώννυντο δὲ πέπλοις, νεβρίδα δ' ἀμφεβάλοντο.*

1052. Ante Brunckium vulgo *ὅσοι μόθων*. Ald. et Pal. *ὅσοι νόθων*. Multi multa coniecerunt, ex quibus Musgravii *ὅποι μόθων* si cui placeat, is reputet velim, *μόθων* non esse nomen tragoediae conveniens. Melius caeteris Porsonus, *ὄσσοιν ἀθρῶν*, in quo tamen Elmsleius iure reprehendit inusitatum dualem. *Ὄσσοις* quin verum sit, mea sententia dubitari non potest.

ὄχθῳ δ' ἐπεμβὰς ἐς ἐλάτην ὑψαύχενα,
ἴδοιμ' ἂν ὀρθῶς Μαινάδων αἰσχρουργίαν.
τοὐντεῦθεν ἤδη τοῦ ξένου τι θαῦμ' ὁρῶ.
λαβὼν γὰρ ἐλάτης οὐράνιον ἄκρον κλάδον,
κατῆγεν, ἦγεν, ἦγεν εἰς μέλαν πέδον.

Mihi lenissimum visum est, ὄσσοις ὅσον. *Quantum oculis*, inquit, *non assequor Maenades.*

1053. Ald. ὄχθον δ' ἐπεμβὰς εἰς ἐλάτην. Pal. ὄχθων δ' ἐπ' ἐμβὰς εἰς ἐλάτην. Elmsleius, quod tragici in metro iambico aut trochaico non usurpent ἐς ἐλάτην et similia, ex Tyrwhitti coniectura, quam etiam Musgravius, Brunckius, Matthiae probarunt, ὄχθον δ' ἐπεμβὰς ἢ 'λάτην edidit. Heathium, qui ὄχθον δ' ἐπεμβὰς ἐς ἐλάτην scribendum putabat, Porsonus et Schaeferus sequuti sunt. Facile concedam Elmsleio, in plerisque locis, in quibus ἐς ἐμέ legitur apud tragicos, εἴς με scribendum esse, quum quidem nulla est personarum oppositio: sed hac sicubi opus esset, non credam eos reformidasse ἐς ἐμέ. At non multum hoc confert ad labefactandum ἐς ἐλάτην, si quidem non satis erat, ἐς ita collocatum improbare, nisi etiam ostenderetur, recte crasin fieri in prima syllaba talis nominis, quale est ἐλάτη. Non enim in quovis vocabuli initio crasis usitata est, sed fere in solo augmento et praepositione sive nuda, sive adhaerente voci compositae. Et quamquam supra dixit Euripides v. 976. μάτηρ πρῶτά νιν λευρᾶς ἀπὸ πέτρας ἢ σκόλοπος ὄψεται, quem locum apte comparavit Elmsleius, tamen non sequitur inde, hic idem dici debuisse. Quamobrem ego optimi codicis Pal. scripturam propius sequendum ratus, ὄχθῳ δ' ἐπεμβὰς ἐς ἐλάτην scripsi.

1056. Nonnus XLVI. 152. ἀκρότατον δὲ κόρυμβον ἀφειδέϊ χειρὶ πιέζων, εἰς πέδον, εἰς πέδον εἷλκε.

κυκλοῦτο δ', ὥστε τόξον, ἢ κυρτὸς τροχός,
τόρνῳ γραφόμενος περιφοράν, ἕλκῃ δρόμον·
ὣς κλῶν' ὄρειον ὁ ξένος χεροῖν ἄγων,

1058. Ald. *κυκλοῦτο.* Pal. *κυκλοῦται.* Augmentum Brunckius et Elmsleius addiderunt. Vide praefationem.

1059. Ald. *τόρνῳ γραφόμενος, περὶ φορὰν ἕλκῃ δρόμον.* Pal. *περιφορᾶν ἕλκῃ δρόμον*, sed *ἕλκει* a prima manu scriptum videri ait Elmsleius. Plerique, quum *περιφοράν* non eo, quo oportebat, referrent, *δρόμον* scripserunt, ut Matthiae, qui dedit *περιφορᾶς ἕλκει δρόμον*, et Elmsleius, qui eodem modo, sed numero singulari *περιφοράν*, scripsit. Distinguendum vero post *περιφοράν*. Coniunctivus autem tantum abest ut posthabendus sit indicativo, ut multum eo praestet. Satis explicui de hoc eius in comparationibus usu in diss. II. de legibus quibusdam sermonis Homerici. Non potest obscurum esse, de rotis solidis nullosque habentibus radios sermonem esse, quas tornari, ut rotundae fiant, necesse est. Hoc est, quod dicit, *τροχὸς ἕλκει δρόμον, τόρνῳ γραφόμενος περιφοράν.* Nam tabula, ex qua fieri debet rota, circumagitur, dumque id fit, admotus tornus orbitam inscribit altius atque altius, usque dum resecta sint omnia, quae sunt extra orbitam. Apparet autem, cur hoc *περιφοράν*, non *περιφέρειαν* dixerit. Nam etsi hoc posteriore nomine uti potuerat, tamen maluit *περιφοράν* dicere, quod non lineam, qua circulus terminaretur, sed ipsam illam partem intelligi volebat, quae, quum facta est rota et currui addita, circumagitur.

1060. Ald. *ὡς.* Plerisque placuit *ὥς*, recte. Sic enim solent Graeci duplicem apodosin facere, quarum altera praecedit protasin, altera sequitur. Vide ad Antig. 691. 1028. Elmsleius *ὡς* praetulit, id ut idem quod *ὅτε* esset.

ἔκαμπτεν εἰς γῆν, ἔργματ' οὐχὶ θνητὰ δρῶν·
Πενθέα δ' ἱδρύσας ἐλατίνων ὄζων ἔπι,
ὀρθὸν μεθίει διὰ χερῶν βλάστημ' ἄνω
ἀτρέμα, φυλάσσων, μὴ ἀναχαιτίσειέ νιν.
ὀρθὴ δ' ἐς ὀρθὸν αἰθέρ' ἐστηρίζετο,
ἔχουσα νώτοις δεσπότην ἐφήμενον.
ὤφθη δὲ μᾶλλον ἢ κατεῖδε Μαινάδας.
ὅσον γὰρ οὔπω δῆλος ἦν θάσσων ἄνω,
καὶ τὸν ξένον μὲν οὐκέτ' εἰσορᾶν παρῆν,
ἐκ δ' αἰθέρος φωνή τις, ὡς μὲν εἰκάσαι,
Διόνυσος ἀνεβόησεν· ὦ νεάνιδες,
ἄγω τὸν ὑμᾶς, κἀμέ, τἀμά τ' ὄργια
γέλων τιθέμενον. ἀλλὰ τιμωρεῖσθέ νιν.
καὶ ταῦθ' ἅμ' ἠγόρευε, καὶ πρὸς οὐρανὸν
καὶ γαῖαν ἐστήριξε φῶς σεμνοῦ πυρός.

1062. Nonnus XLVI. 153. *κατὰ χθόνα δ' ἔκτοθι Πενθεὺς* (hic deest aliquid) *θαλλὸν ἀερσιπότητον, ἐπισφίγγων δὲ φορῆα ὕψι τιταινομένων ἐδράξατο χειρὶ κορύμβων, καὶ πόδας ἔνθα καὶ ἔνθα παλινδίνητος ἑλίσσων, ἄστατος ὀρχηστῆρι τύπῳ κουφίζετο Πενθεύς.*

1068. Plene interpunctum in Elmsleii editione, typographi errore, nisi fallor. Cohaerent enim haec cum sequentibus: *vixdum sublimis sedens apparebat, quum nusquam conspiciebatur hospes.*

1075. Revocavi Aldinae ἐστήριξε, quod etiam Christi patientis v. 2254. (2265) ed. princeps aliaeque habent. Porsonus ex eo loco ἐστήριζε adnotavit, quod est quidem in cod. Pal. sed, ut Elmsleius observat, fortasse librarii errore, qui etiam alibi ζ pro ξ scripserit. Imperfectum, ut necessarium in hac formula, reponi voluit Valckenarius ad Herodot. III. 135. quem sequuti sunt Matthiae et Elmsleius. Erravit vero Val-

σίγησε δ' αἰθήρ· σῖγα δ' εὔλειμος νάπη
φύλλ' εἶχε, θηρῶν δ' οὐκ ἂν ἤκουσας βοήν.
αἱ δ' ὠσὶν ἠχὴν οὐ σαφῶς δεδεγμέναι,
ἔστησαν ὀρθαί, καὶ διήνεγκαν κόρας.
ὁ δ' αὖθις ἐπεκέλευσεν. ὡς δ' ἐγνώρισαν
σαφῆ κελευσμὸν Βακχίου Κάδμου κόραι,
ἦξαν, πελείας ὠκύτητ' οὐχ ἥσσονες
ποδῶν ἔχουσαι, συντόνοις δραμήμασιν,

---

ckenarius: nam etiam aoristus recte se habet, modo sermo sit de re cito confecta. Atque hic quidem vix videtur dubitari posse, quin repente effulsisse ignem nuncius dicere voluerit.

1076. Vide praefationem.

1082. Ald. *πελείας ὠκύτητ' οὐχ ἥσσονες, ποδῶν ἔχουσαι συντόνοις δρομήμασιν.* Comma post *ἥσσονες* delevit Matthiae. Heathii coniecturam *ἥσσονα* probavit Musgravius, recepit Brunckius. At facilius certe correxissent *ἡσσόνως.* Tuetur librorum scripturam *ἥσσονες* scriptor Christi patientis v. 2009. (2020) *οἶμαι πελείας ὠκύτητ' οὐχ ἥσσονες ποδῶν δράμωσι συντόνοις δρομήμασιν.* Ac probare eam etiam Elmsleius videtur, qui etsi in textu *ἥσσονα* habet, tamen abundare dicat *ἔχουσαι*, ut in *ληρεῖς ἔχων.* Hoc quidem exemplo, quod parum simile est, non debebat uti. Quod si illud voluit, constructionem esse, *ποδῶν ὠκύτητα οὐχ ἥσσονες πελείας, ἔχουσαι αὐτήν*, abundat sane *ἔχουσαι*, sed ita ut orationem oneret molestissimo additamento. Mihi non videtur dubitandum esse, quin, ut *σιγῶν ἔχω* atque alia huiusmodi dicunt Graeci, participio statum indicante, qui plerumque per adverbium indicari solet, e. c. Plato in Cratylo p. 404. C. *Ἥρα δέ, ὥς ἐρατή τις, ὥσπερ οὖν καὶ λέγεται ὁ Ζεὺς αὐτῆς ἐρασθεὶς ἔχειν·* ita hic *ἥσσονες ἔχουσαι* dictum sit, omisso participio *οὖσαι*, quo neque opus est, et

μήτηρ Ἀγαυὴ, σύγγονοί θ' ὁμόσποροι,
πᾶσαί τε Βάκχαι· διὰ δὲ χειμάῤῥου νάπης,
ἀγμῶν τ' ἐπήδων, θεοῦ πνοαῖσιν ἐμμανεῖς.
ὡς δ' εἶδον ἐλάτῃ δεσπότην ἐφήμενον,
πρῶτον μὲν αὐτοῦ χερμάδας κραταιβόλους
ἔῤῥιπτον, ἀντίπυργον ἐπιβᾶσαι πέτραν,
ὄζοισί τ' ἐλατίνοισιν ἠκοντίζετο.
ἄλλαι δὲ θύρσους ἵεσαν δι' αἰθέρος
Πενθέως, στόχον δύστηνον. ἀλλ' οὐκ ἤνυτον.
κρεῖσσον γὰρ ὕψος τῆς προθυμίας ἔχων

---

libenter caremus, principalis verbi participio posito. Muta id in imperfectum, et videbis recte dici, *οὐχ ἥσσονες πελείας οὖσαι εἶχον.*

1087. Nonnus XLVI. 176. *ὡς φαμένη, σκοπίαζε, καθήμενον ὑψόθι δένδρου, ἄγριον οἷα λέοντα, θεημάχον υἱέα μήτηρ, καί μιν ἀγειρομέναις ἐπεδαίνυε Θυιάσι Βάκχαις.*

1090. Vulgo, *ὄζοισι δ'.* At, nisi ante hunc versum aliquid excidit, plane ille perturbaret orationem, si per particulam *δέ* adiungeretur, quam hic ferri non posse, quivis videat necesse est, qui usum eius cognitum habeat. Itaque *ὄζοισί τ'* edidi. Senserat vitium Musgravius, qui hoc versu post eum qui sequitur collocato, scribendum putavit *ἠκόντιζέ τις Πενθέως ὄχον δύστηνον*, quod recepit Brunckius.

1092. Ald. *Πενθέως τ' ὄχον δύστηνον*, commate in fine praecedentis versus posito. In Lipsiensi ed. Elmsleii Baccharum typothetae errore *ὄχου* in verbis Aldinae positum est. Egregia est Reiskii coniectura *Πενθέως στόχον*, quam recte ita recepit Matthiae, ut post *Πενθέως* demum commate interpungeret. In eodem versu Elmsleius *οὐχ ἤνυτον*, ex Porsoni sententia ad Phoen 465. Ego quidem haec comicis relinquenda puto.

καθῆστο τλήμων, ἀπορίᾳ λελημμένος.
τέλος δὲ δρυΐνους συγκεραυνοῦσαι κλάδους,
ῥίζας ἀνεσπάρασσον ἀσιδήροις μοχλοῖς.
ἐπεὶ δὲ μόχθων τέρματ' οὐκ ἐξήνυτον,
ἔλεξ' Ἀγαυή· φέρε περιστᾶσαι κύκλῳ,
πτόρθου λάβεσθε, Μαινάδες, τὸν ἀμβάτην
θῆρ' ὡς ἕλωμεν, μηδ' ἀπαγγείλῃ θεοῦ
χοροὺς κρυφαίους. αἳ δὲ μυρίαν χέρα
προςέθεσαν ἐλάτῃ, κἀξανέσπασαν χθονός.
ὑψοῦ δὲ θάσσων, ὑψόθεν χαμαιπετὴς
πίπτει πρὸς οὖδας μυρίοις οἰμώγμασιν
Πενθεύς. κακοῦ γὰρ ἐγγὺς ὢν ἐμάνθανεν.
πρώτη δὲ μήτηρ ἦρξεν ἱερία φόνου,
καὶ προςπιτνεῖ νιν· ὃ δὲ μίτραν κόμης ἄπο
ἔῤῥιψεν, ὥς νιν γνωρίσασα μὴ κτάνῃ
τλήμων Ἀγαυή· καὶ λέγει, παρηΐδος

1095. *Συγκεραυνοῦν* significare confringere et diffindere, ut fulmen solet, apparet ex loco Cratini apud Athenaeum XI. p. 494. C. quem in Lexico Graeco Schneiderus indicavit: *συντρίψω γάρ, αὐτοῦ τοὺς χόας, καὶ τοὺς καδίσκους συγκεραυνώσω σποδῶν, καὶ τἄλλα πάντ' ἀγγεῖα τὰ περὶ τὸν πότον.* Itaque hoc dicit: confringebant Bacchae ac findebant ramos quernos, hisque non ferratis vectibus effodere radices abietis adnitebantur.

1097. Haec ita imitatus est Nonnus XLVI. v. 180. *ἀμφὶ δέ μιν στεφανηδὸν ἐκυκλώσαντο γυναῖκες, ἑζόμενον πετάλοισι, καὶ εὐπετάλῳ τινὶ δεσμῷ δένδρον ἐπηχύναντο, καὶ ἤθελον εἰς χθόνα ῥίπτειν ἔρνος ὁμοῦ Πενθῆϊ· περισφίγξασα δὲ θάμνῳ ὁλκὸν ὁμοζυγέος παλάμης, ἐνοσίχθονι παλμῷ πρυμνόθεν αὐτόῤῥιζον ἀνέσπασε δένδρον Ἀγαυή· καὶ φυτὸν*

ψαύων· ἐγώ τοι, μῆτερ, εἰμὶ παῖς σέθεν
Πενθεύς, ὃν ἔτεκες ἐν δόμοις Ἐχίονος.
οἴκτειρε δ᾽ ὦ μῆτέρ με, μηδὲ ταῖς ἐμαῖς
ἁμαρτίαισι παῖδα σὸν κατακτάνῃς.
ἡ δ᾽ ἀφρὸν ἐξιεῖσα, καὶ διαστρόφους
κόρας ἑλίσσουσ᾽, οὐ φρονοῦσ᾽ ἃ χρῆν φρονεῖν,
ἐκ Βακχίου κατείχετ᾽, οὐδ᾽ ἔπειθέ νιν.
λαβοῦσα δ᾽ ὠλέναις ἀριστερὰν χέρα,
πλευραῖσιν ἀντιβᾶσα τοῦ δυσδαίμονος,
ἀπεσπάραξεν ὦμον, οὐχ ὑπὸ σθένους,
ἀλλ᾽ ὁ θεὸς εὐμάρειαν ἐπεδίδου χεροῖν.
Ἰνὼ δὲ τἀπὶ θάτερ᾽ ἐξειργάζετο,
ῥηγνῦσα σάρκας. Αὐτονόη τ᾽ ὄχλος τε πᾶς
ἐπεῖχε Βακχῶν. ἦν δὲ πᾶσ᾽ ὁμοῦ βοή,

εἰς χθόνα πῖπτεν, ἐγυμνώθη δὲ Κιθαιρών, καὶ θρασὺς αὐτοέλικτος ἄναξ βητάρμονι παλμῷ κύμβαχος ὑψόθεν κεκυλισμένος ἤριπε Πενθεύς· καὶ τότε μιν λίπε λύσσα νοσοφαλέος Διονύσου, καὶ προτέρας φρένας εἶχε τὸ δεύτερον· ἀμφὶ δὲ γαίῃ γείτονα πότμον ἔχων, κιννρὴν ἐφθέγξατο φωνήν.

1116. Hanc quoque orationem more suo multis verbis amplificavit Nonnus XLVI. 192 seq.

1118. Theocritus XXVI. 22. Ἰνὼ δ᾽ αὖτ᾽ ἐξέῤῥηξε σὺν ὠμοπλάτᾳ μέγαν ὦμον, λὰξ ἐπὶ γαστέρα βᾶσα. Nonnus XLIV. 68. ἡμιτόμου Πενθῆος ἐρεισαμένη πόδα λαιμῷ, θηγαλέοις ὀνύχεσσι διέθρισεν ἀνθερεῶνα. Et iterum in descriptione necis XLVI. 214. περιπλεχθεῖσα δὲ μήτηρ στήθεϊ παιδὸς ἔπηξεν ἑὸν πόδα· κεκλιμένου δὲ αὐχένα τολμήεντι διέθρισεν ὀξέϊ θύρσῳ. Ante θύρσῳ, vel ante ὀξέϊ excidit aliquid. Vide ad v. 1133.

1122. Servavi vulgatam distinctionem. Vide ad v. 745. Si cui displiceat duplex τε ita positum, ut priore tota sententia praecedentibus

ὃ μὲν στενάζων ὅσον ἐτύγχανεν πνέων,
αἳ δ' ἠλάλαζον· ἄγε, φέρ' ἣ μὲν ὠλένην,

---

adnectatur, et ei non respondeat alterum, poterit is minore distinctione post *σάρκας*, maiore post *Αὐτονόη τ'* interpungere.

1125. Libri, *ἀνέφερε δ' ἡ μὲν ὠλένην*. In Pal. vitiose, *ἀνέφερε δ' ἡ μὲν ἐλένην*. Vide ad v. seq.

1126. Quum in Aldina haec ita scripta essent: *αἱ δ' ἠλάλαζον. ἀνέφερε δ' ἡ μὲν ὠλένην, ἡ δ' ἴχνος αὐταῖς ἀρβύλαις. γυμνοῦντο δὲ πλευραὶ σπαραγμοῖς*, critici, adscita Duporti coniectura *ἔφερε*, in sola augmenti omissione haeserunt. Ac Piersonus, ut Valckenario auctore refert Elmsleius, idem, quod postea Porsono ad Hec. 1050 in mentem venit, coniecit, *γυμνοῦσι δὲ πλευρὰς σπαραγμοῖς*. Idque placere videtur Elmsleio, nisi quod *πλευρά* mavult. *Γυμνοῦσι* proposuerat etiam Vauvillersius ad Sophocl. Philoct. 374. Augmenti omissionem sublatam video: emendatam loci scripturam non video. Manet enim offensio, quae in eo est, quod verba illa, quae aut oppositionem aut explicationem continere debebant, neutrum continent. Exspectabatur autem maxime oppositio, ut, quum alia Baccharum brachium, alia pedem rapuisse dicta esset, nunc aut quid aliae, aut quid omnes fecissent, indicaretur. At nihil in his verbis neque de aliis, neque de omnibus est. Quod nisi in sola augmenti neglectione mentem defixam habuissent critici, sensissent id, opinor, et sic potius coniecissent, *γυμνοῖ δέ τις πλευρὰς σπαραγμοῖς*. Ita certe etiam sententiae consultum fuisset. Videamus vero, si nihil poeta illis, quae pedem et brachium deripuissent, opponere voluit, quae tum sit verborum vis et potestas. Ac non puto aliam esse posse, quam ut explicandis iis, quae modo dicta sunt, inserviant. Ita enim opposi-

tione detracta, usus linguae et ratio postulat. At si una istarum mulierum brachium, alia pedem abrupit, quomodo id explicari per illa verba potest? Vtrumne brachiis pedibusque avulsis quasi armis et praesidio nudata dici latera putabimus? at ea perobscura et difficilis ad intelligendum oratio foret: an, quum membra illa abrumperentur, tantas existimabimus carnium lacinias sequutas esse, ut costae in lateribus nudarentur? at ne hoc quidem nisi divinando ex illis verbis erui potest. Nam si ea simpliciter, ut par est, interpretamur, nihil aliud significant, quam laniando costas carnibus nudatas esse. Carnibus enim quasi vestitae sunt: unde supra v. 738. *σαρκὸς ἐνδυτὰ* dixerat. Haec interpretatio si vera est, nemo non videt, male haec cohaerere: *alia brachium, alia pedem rapiebat: nudabant autem coxas laniando*, vel secundum vulgatam scripturam, *nudabantur autem coxae laniando.* Nam neque eaedem, quae brachia pedesque trahebant, etiam de coxis carnem deripiebant; neque eo, quod brachia pedesque auferrent, nudabant coxas. Enimvero altius quaerenda est vitii origo, et quidem in verbo *ἀνέφερε*, in quo cum Aldina optimus ille cod. Pal. consentit, quos libros solos in hac parte huius fabulae fontes habemus. Id, qui meminerint in quibusdam codicibus literam *ν* ea figura pingi, qua vulgo *γ* scribi solet, vix dubitabunt quin ex *ἄγε φέρε* conflatum sit. Hinc facilis est coniectura, scripsisse Euripidem: *αἱ δ' ἠλάλαζον· ἄγε, φέρ' ἡ μὲν ὠλένην, ἡ δ' ἴχνος αὐταῖς ἀρβύλαις· γυμνοῦτε δὲ πλευρὰς σπαραγμοῖς.* Nam quum semel *ἄγε φέρε* in *ἀνέφερε* coaluissent, fieri non potuit, quin et *δέ* adderent librarii, et *γυμνοῦτε δὲ πλευράς*, quod haec verba iam non habebant unde penderent, in *γυμνοῦντο δὲ πλευραί* mutarent. *Πλευράς* autem, non *πλευρά*, scribendum, quod femininae huius nominis formae proprium videtur, ut numero plurali coxis significandis inserviat. Vix opus est, ut ostendam illa emen-

ἡ δ' ἴχνος αὐταῖς ἀρβύλαις· γυμνοῦτε δὲ
πλευρὰς σπαραγμοῖς. πᾶσα δ', ᾑματωμένη
χεῖρας, διεσφαίριζε σάρκα Πενθέως.
κεῖται δὲ χωρὶς σῶμα, τὸ μὲν ὑπὸ στύφλοις
πέτραις, τὸ δ' ὕλης ἐν βαθυξύλῳ φόβῃ,
οὐ ῥᾴδιον ζήτημα. κρᾶτα δ' ἄθλιον,
ὅπερ λαβοῦσα τυγχάνει μήτηρ χεροῖν,

---

datione omnia aptissime cohaerere, verbisque ita constitutis etiam illud *πᾶσα δέ* graviter et magna cum vi inferri. Ita enim rem omnem nuncius enarrat: Agaue sinistrum abrupit Penthei brachium: ab altera eum parte adorta est Ino, instante Autonoe omnique turba Baccharum: ibi omnigenae audiebantur voces, illo, quantum etiam poterat, ingemiscente, his autem sibi acclamantibus: age, rape alia brachium, alia pedem cum ipsis calceis, et nudate costas laniando. Omnesque manum cruentatae huc illuc disiiciebant carnes Penthei. Non vereor autem, ne quis obiiciat, sic quoque deesse iustam oppositionem ad *ἡ μέν — ἡ δέ*. Alia est enim horum pronominum ratio in narrando, alia in iubendo: quia in narrando de certis dicuntur, et significant *alia — alia*; in iubendo autem de incertis intelliguntur, ut significent *aliquae — aliquae*. Quamobrem quum in narrando aliquid deinde numero plurali sine personarum distinctione additur, falsa est illa adiectio, nisi ad illas duas, quae dictae erant, refertur; quum autem in iubendo, recta, quia non duabus, sed omnibus imperatum erat, quod facerent ita, ut prout libitum esset, officia inter se dispertirent.

1127. Apertum est, *πᾶσα* hic non esse *tota*, sed *omnis*, i. e. *ἑκάστη*. Qui est rarior huius verbi usus, substantivo non addito. Sophocles in El. 972. *φιλεῖ γὰρ πρὸς τὰ χρηστὰ πᾶς ὁρᾶν.*

πήξασ᾽ ἐπ᾽ ἄκρον θύρσον ὡς ὀρεστέρου
φέρει λέοντος διὰ Κιθαιρῶνος μέσου,
λιποῦσ᾽ ἀδελφὰς ἐν χοροῖσι Μαινάδων.
χωρεῖ δὲ θήρᾳ δυςπότμῳ γαυρουμένη,
τειχέων ἔσω τῶνδ᾽, ἀνακαλοῦσα Βάκχιον,
τὸν ξυγκύναγον, τὸν ξυνεργάτην ἄγρας
τὸν καλλίνικον, ᾗ δάκρυα νικηφορεῖ.
ἐγὼ μὲν οὖν τῇδ᾽ ἐκποδὼν τῇ ξυμφορᾷ
ἄπειμ᾽ Ἀγαυῇ, πρὶν μολεῖν πρὸς δώματα.

1133. Non praeteriit hoc Nonnus, sed bis apud eum huius rei mentio librariorum culpa oblitterata est, XLIV. 70. ubi scribendum: *αἱμαλέον δὲ κάρηνον ἐκούφισεν ἅρπαγι θύρσῳ οἰκτρὰ δαϊζομένου.* Et XLVI. 215. (vide supra ad v. 1124.) ubi videtur vocabulum *ὀξέϊ* caussa fuisse, ut librarius aliquid omitteret. Nam illa, quae libro XLIV. dicit, suadent, ut quae nunc integris versibus scripta sunt, ex his videantur reliquiis constare: *κεκλιμένου δὲ αὐχένα τολμήεντι διέθρισεν ὀξέϊ * * * ἐκούφισεν ὀξέϊ θύρσῳ, καὶ φονίῳ ταχύγουνος ἀνέδραμε χάρματι λύσσης, αἱματόεν δὲ κάρηνον ἀτερπέϊ δείκνυε Κάδμῳ.* Nisi v. 216. scripsit, *αὐχένα τολμήεντα διέθρισεν * **

1139. Pereleganter Reiskius coniecit, *ὦ δάκρυα νικηφορεῖ.* Lenius tamen huic loco Elmsleius consuluit, deleto commate, quod erat in fine praecedentis versus. Ita *τὸν καλλίνικον* adiectivum est ad *τὸν ξυνεργάτην ἄγρας* appositum. Quamquam nescio an magis poeticum sit, si *ἣν* scribatur.

1140. *Τῇδ᾽*, ab Reiskio additum, quum deesset in libris, merito receperunt Matthiae et Elmsleius. Alii alia, sed parum probabiliter coniecerunt.

1141. Legebatur, *ἄπειμ᾽, Ἀγαυὴν πρὶν μολεῖν πρὸς δώματα.* Correxi hoc, quia persuasum habeo, Euripidem non ita contra leges rhetoricas

τὸ σωφρονεῖν δὲ καὶ σέβειν τὰ τῶν θεῶν,
κάλλιστον· οἶμαι δ' αὐτὸ καὶ σοφώτατον
θνητοῖσιν εἶναι χρῆμα τοῖσι χρωμένοις.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀναχορεύσωμεν Βάκχιον,
ἀναβοάσωμεν ξυμφορὰν
τὰν τοῦ δράκοντος ἐκγενέτα Πενθέως·

Agauae nomen, ubi nulla oppositio esset, in principio collocaturum fuisse. *Τῇδε τῇ ξυμφορᾷ* est *propter hoc malum.* *Ἀγαύη* accentu in media syllaba scribitur apud Nonnum, apud Theocritum carm. XXVI. apud Oppianum Cyneg. IV. 239. 292. Sic etiam Danai filia apud Apollodorum, apud quem haec nostra *Ἀγαυή* scribitur, ut in Aldina Euripidis, et saepe alibi: vide, quem Elmsleii Baccharum editor Lipsiensis ad v. 229. citavit, Iacobsium ad Anthol. Pal. vol. III. p. 809. Eodem modo Nereis *Ἀγαυή* apud Homerum Iliad. σ. 42. et apud Eustathium, nihil adnotantibus scholiastis, et apud Hesiodum Theog. 246. Sed *Ἀγαύη* probare videtur Arcadius, qui p. 103, 9. ita scribit: *τὰ εἰς η καθαρὸν μονογενῆ οὐ πολλὰ βαρύνεται, Δανάη. Ἀγαυὴ ὀξύνεται, ἐπιθετικὸν ὄν.* Eadem accentus inconstantia in nomine fluvii Axii, aliis *Ἄξιος*, aliis *Ἀξιός* scribentibus. Quum in quibusdam nominibus, si propria fierent, mutari accentum animadverterent grammatici, latius, quam oportebat, extendisse regulam videntur.

1143. Ald. *κάλλιστον οἶμαί γ' αὐτὸ καὶ σοφώτατον.* Sic etiam Pal. nisi sine accentus inclinatione. Reiskii coniecturam *ταὐτό* receperunt Matthiae et Elmsleius. Qui quum ex Christo patiente v. 1143. multo elegantiorem scripturam, *οἶμαι δ' αὐτό*, attulerit, miror, quod eam non praetulit. Id ego quidem faciendum duxi.

1147. Articulum *τοῦ* ante *Πενθέως*, quem

ὃς τὰν θηλυγενῆ στολάν,
νάρθηκά τε, πιστὸν Ἅιδᾳ
ἔλαβεν εὔθυρσον
ταῦρον προηγητῆρα συμφορᾶς ἔχων.
Βάκχαι Καδμεῖαι,
τὸν καλλίνικον κλεινὸν ἐξεπράξατε
εἰς γόον, εἰς δάκρυα.
καλὸς ἀγὼν ἐν αἵματι στάζουσαν
χέρα περιβαλεῖν τέκνου.
Ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ εἰς δόμους ὁρμωμένην
Πενθέως Ἀγαυὴν μητέρ' ἐν διαστρόφοις
ὄσσοις, δέχεσθε κῶμον εὐίον θεοῦ.

---

delendum esse monui in Elem. D. M. p. 123. omittit cod. Pal. Debetur ille metrico, trimetrum exhibere volenti, cuius manum in ed. Ald. deprehendi, iam aliquot locis adnotavi. Elmsleio recte iudicare videtur Burgesius, qui etiam *Πενθέως* deleri vult. At genuinum est hoc nomen, ut quod maxime. Nam ne quid de hiatu dicam, qui deleto infertur, verba illa, *τὰν τοῦ δράκοντος ἐκγενέτα* numerum habitura essent ita dissonum et discrepantem a caeterorum versuum numeris, ut nihil tali compositione invenustius aut perversius inveniri posset.

1149. Ald. *νάρθηκα τε πιστὸν ἀΐδαν ἔλαβεν, εὔθυρσον, τ. π. σ. ἐ.* quae miris modis tentata sunt a criticis.

1150. Elmsleius me ait *εὔθυρσον ταῦρον* coniungere. Vbi id fecerim, nescio. Sed feci, quia etsi tauri formam habere visus erat Pentheo Bacchus, tamen hic nihil ad rem, quod ille taurus visus esset, sed quod esset Bacchus. Quare *Ἅιδᾳ* scripsi, et mutavi interpunctionem. Vestem, inquit, muliebrem et ferulam sumpsit, fretum Orco thyrsigerum taurum ducem habens exitii.

1159. Vulgo *κῶμον εὐΐου θεοῦ*, quod neque

ΑΓΑΥΗ.

στροφή.

Ἀσιάδες Βάκχαι.

ΧΟΡΟΣ.

τί μ' ὀροθύνεις ὦ;

ΑΓΑΥΗ.

φέρομεν ἐξ ὄρεος
ἕλικα νεότομον ἐπὶ μέλαθρα

---

ad sonum elegans, et ad sententiam languidius est, propter epitheton plane otiosum. Quare *εὔιον* scripsi.

1160. Ald. *τί με δὴ ὀρθοῖς ὦ.* Quod miror servatum esse a Seidlero in libro de verss. dochm. p. 364. (conf. p. 367.) ubi hoc carmen emendavit. Cod. Pal. *τί με ὀρθεῖς ὦ.* Malam metrici correctoris manum prodit Aldinae scriptura. *Ὀρθοῖς* defendi non potest eiusmodi exemplis, qualia Seidlerus attulit. Nam ubi hoc verbum *excitare*, *provocare* significat, de eo dicitur, qui quod iacebat, sive corpore reclinatus, sive demisso animo, recte dici potest erigi. Id quod non cadit in hunc locum. Reposui, quod scriptum a poeta puto, *τί μ' ὀροθύνεις ὦ;*

1161. Euripidis libri, *φέρομεν ἐξ ὀρέων.* Quum quos Elmsleius attulit, Plutarchus duobus in locis, et Polyaenus *ἐξ ὄρεος* habeant, tanto magis id recipi debuit, quod aptius est, quia Cithaeronem intelligit Agaue. Et sic saepius supra *εἰς ὄρος.*

1162. Valde laborarunt interpretes in verbis *ἕλικα νεότομον*, quum sibi persuasissent vitulum significari, quod infra v. 1177. *νέος ὁ μόσχος* dicat Agaue. Nonnus, qui Pentheum *ἕλικα* vocat XLIV. 64. *κύμβαχος αὐτοκύλιστος ἕλιξ δινεύετο Πενθεύς*, et XLVI. 116. *μιμηλοῖς δὲ πόδεσσιν ἕλιξ ὠρχήσατο Πενθεύς*, non ad hunc Euripidis locum respexit, sed valde usitato sibi vocabulo usus est,

μακάριον θήραν.

ΧΟΡΟΣ.

ὁρῶ τε, καί σε δέξομαι σύγκωμος, ὦ.

---

quod significaret idem atque *ἑλισσόμενος*. Mihi apud Euripidem *ἕλιξ* proprie de racemis hederae intelligendus videtur. Thyrso enim, qui hedera circumdari solebat, infixum gestans Agaue caput filii, nova se hedera thyrsum ornasse dicit, caput hoc hederae instar ornamentum thyrsi sui esse iactans. Versus est iambicus dimeter, solutis longis syllabis.

1163. Dedi cum Seidlero *μακάριον θήραν*, ut apud Polyaenum VII. 41. in codd. quibusdam scriptum est. Vulgo ibi *μακάριον θήραμα*, ut in Euripidis libris et apud Plutarchum in libello, qui inscribitur, *πότερον τὰ τῆς ψυχῆς ἢ τὰ τοῦ σώματος πάθη χείρονα*, p. 501. C. Sed apud eumdem in Crasso cap. 33. est *μακαρίαν θήραν*, quod Heathius, Brunckius, Matthiae, Elmsleius receperunt.

1164. Ald. *ὁρῶγε, καί σε δέξομαι σύγκωμον. ὦ.* Pal. *ὁρῶ καί σε δέξομαι σύγκωμον*, omisso *ὦ*. Miror et Seidlerum et novissimos editores servasse *γέ*, quod hic nullo modo ferri potest. Apertum est, *τέ* scripsisse poetam. Dedi autem etiam *σύγκωμος*. Nam etsi ante, quam Agaue in conspectum prodiret, chorus saltando gaudium suum prodidit, tamen nunc tantum abest ut choreas ducat, ut excitari ad laetitiae significationem ab Agaue debuerit. Vnde dixit, *τί μ' ὀροθύνεις*; Omninoque non sui gaudii participem Agauen facere vult chorus, sed se potius cum illa gavisurum significat. Idque non solum res ipsa ostendit, sed verba etiam produnt. Quum enim modo dixisset, *δέξεσθε κῶμον εὔϊον θεοῦ*, eius *κῶμον*, qui est Agauae exsultatio, semet iam *σύγκωμον* futurum dicit.

ΑΓΑΥΗ.

ἔμαρψα τόνδ' ἄνευ βρόχων * *
* * νέον λίν,
ὡς ὁρᾶν πάρα.

1166. Ald. νέον νιν. Mss. Stephani et edd. recentiores ante Brunckium νέον λῖν. Brunckius λίν reposuit, auctore Eustathio p. 811, 22. qui Aristarchum ita, testibus Apione et Herodoro, praecepisse ait. Eustathium vide etiam p. 857, 37. Adde scholiasten Venetum ad Iliad. λ. 239. 480. Etymol. M. p. 567, 5. Etymol. Gud. p. 550, 55. Herodian. περὶ μονήρους λέξεως p. 19, 2. Choeroboscum in Bekkeri Anecd. p. 1209. seq. Arcadium p. 125, 2. 130, 10. 193, 2. Hi omnes aut diserte dicunt, λίς et λίν longa ι esse, aut ita loquuntur, ut id colligi ex eorum verbis debeat. Solus Draco Stratonicensis p. 62, 22. ita scribit: λίς, λιός, τὸ λι ἀδιαφόρως εὑρίσκεται, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον δὲ ἐκτεταμένως. Sed vereor ne hoc tribuendum sit inscitiae illius, qui Draconis librum in epitomen, quam hodie habemus, contraxit. Draconem enim non nominativum aut accusativum, sed reliquos casus brevi ι pronunciatos dixisse puto, quale est Callimachi, αἳ μέν ῥα λίεσσιν apud scholiasten Ven. ad Il. λ. 480. Ex eodem Callimachi loco etiam Etymol. M. in v. λίς afferre λίεσσιν videtur: ut Blomfieldus non debuerit haec tamquam diversa fragmenta separare, quae in eius ed. sunt 429. et 468. Omnino vero quis credat aut nominativum aut accusativum huius nominis corripi potuisse? quod profecto plane repugnaret analogiae. Atqui corripuisset Euripides, si verum esset, quod in antistrophico versu plerique probant, θῆρα. Quam scripturam ut pravam esse ostenderem, propterea haec attuli.

ΧΟΡΟΣ.

πόθεν ἐρημίας;

ΑΓΑΥΗ.

Κιθαιρὼν

ΧΟΡΟΣ.

τί Κιθαιρών;

ΑΓΑΥΗ.

κατεφόνευσέ νιν.

ΧΟΡΟΣ.

τίς ἁ βαλοῦσα πρώτα;

ΑΓΑΥΗ.

ἐμὸν τὸ γέρας.
μάκαιρ' Ἀγαυὴ κληζόμεθ' ἐν θιάσοις.

1170. Seidlerus haec omnia, *κατεφόνευσέ νιν* usque ad *τὰ Κάδμου* Agauae tribuit, ut personarum vices in stropha atque antistropha congruant. Quod ut contra libros, ita etiam contra consuetudinem tragicorum, maximeque Euripidis factum est. Nam quod ait Seidlerus, chorum scire non potuisse, a pluribus discerptum esse Pentheum, optime ipse sciebat, Euripidem saepissime ita colloquentes fecisse, quas introducit personas, ut interrogent magis ad quod responderi poeta volebat, quam quod ipsae interrogaturae fuissent. Congruunt vero hic personarum vices, sed alio modo.

1171. Ald. Χο. *τίς ἁ βαλοῦσα πρῶτά γε.* *ΑΓ.* *ἐμὸν ἐμὸν τὸ γέρας.* Pal. *πρῶτα*, omisso *γε*. Ea vera est scriptura, accentu correcto. *Ἐμὸν* semel tantum iam inde a Musgravio scribi coeptum. Nonnus XLIV. 76. *δέχνυσο τοῦτο κάρηνον, ἐμῆς πρωτάγριον ἀλκῆς.*

1172. Ald. *ΧΟ. μάκαιρ' Ἀγαυή.* *ΑΓ. κληΐ-*

ΧΟΡΟΣ.

τίς ἄλλα;

ΑΓΑΥΗ.

τὰ Κάδμου

ΧΟΡΟΣ.

τί Κάδμου;

ΑΓΑΥΗ.

γένεθλα
μετ' ἐμὲ, μετ' ἐμὲ τοῦδ'
ἔθιγε θηρός.

ζόμεθ' ἐν θιάσοις. Haec vero, ut Seidlerus fecerat, omnia Agauae continuavi.

1173. Ald. *τὶς ἄλλα τὰ Κάδμου*, ut Agauae verba coniungit cum praecedentibus. Recte personas distinxit Heathius, quem Brunckius, Matthiae, in cuius tamen editione typographi error aliquid turbavit, et Elmsleius sequuti sunt. *Γένεθλα* bis vulgo, quod servavit Elmsleius. Alterum recte deleverunt Heathius, Brunckius, Seidlerus, Matthiae. Respexit ad haec, ut videtur, Nonnus XLVI. 234. seqq.

1175. Pal. a prima manu habuisse videtur *εὐτυχής*. Si quis volet haec quoque in personarum descriptione cum antistrophicis congruere, is haec verba Agauae dare poterit, et vel *εὐτυχῆ* scribere, vel *εὐτυχεῖς* pro plurali positum putare, qui referatur ad *θυγατέρες*, quod in mente habuerit Agaue. Sed recte tamen libri. Nam postrema strophae verba propterea sunt alii, ac debebant, personae tributa, ut ne eadem persona, quae stropham finiret, inciperet etiam statim sequentem antistropham. Vide Epitomen doctr. metr. §. 691.

ΧΟΡΟΣ.
εὐτυχεῖς τᾷδ' ἄγρᾳ.
ΑΓΑΥΗ.
ἀντιστροφή.
μέτεχέ νυν θοίνας.
ΧΟΡΟΣ.
τί μετέχω τλάμων;
ΑΓΑΥΗ.
νέος ὁ μόσχος ἄρ-
τι γένυν, ἄπο κόρυθ' ἁπαλότριχα,
κατάκομον βάλλει.
ΧΟΡΟΣ.
πρέπει γὰρ ὥςτε θηρὸς ἀγραύλου φόβη.
ΑΓΑΥΗ.
ὁ Βάκχιος κυναγέτας σοφὸς σοφῶς
ἀνέπηλεν ἐπὶ θήρᾳ

1177. Ald. *νέος ὁ μόσχος, ἀρτιγένυν ὑπὸ κόρυθ' ἁπαλότριχα κατάκομον βάλλει.* Portus, *ἄρτι γένυν.* Sic deinde etiam alii. Sensum horum verborum neque expedivit quisquam, neque expediet, opinor, in hac quidem scriptura. *Κόρυθα*, ornamentum capitis, vix potest dubitari quin pro ipso capite posuerit. Quare pro *ὑπὸ* scripsi *ἄπο*, ut per tmesin a verbo disiunctum. Hoc dicit: *vitulus hic, iuvenis adhuc genas, comatum molli crine amisit capitis ornamentum.*

1182. Ald. *ἐπὶ θῆρα τόνδε.* Neque aliud quid ex Mss. affertur. Brodaeus, Stephanus, Scaliger, et recentiores, *ἐπὶ θήρα τόνδε.* Quum strophicus versus, 1172. de quo supra disputatum, longam finalem requiri arguat, veram ego puto librorum scripturam, nisi quod, ut solent, iota dativi omiserunt. Quare *ἐπὶ θήρᾳ τοῦδε* scripsi. Idque etiam ad sensum elegantius est. Quum

τοῦδε Μαινάδας.

ΧΟΡΟΣ.

ὁ γὰρ ἄναξ ἀγρεύς.

ΑΓΑΥΗ.

ἐπαινεῖς;

ΧΟΡΟΣ.

τί δ'; ἐπαινῶ.

ΑΓΑΥΗ.

τάχα δὲ Καδμεῖοι.

---

enim iam satis et ipsa Agaue indicasset, feram esse, cuius caput teneret, et idem modo esset a choro repetitum, molestum est, rursus inculcari illud θῆρα.

1185. Legebatur, *τί δ' ἐπαινῶ;* Id quum significet, *quid laudem?* idem foret ac *non laudo.* At in omni hoc colloquio cum acerba quadam ironia loquitur chorus, ambiguitatem captans, ut Agaue eum probare ista et laudare putet, spectatores autem abominari eum tam crudele facinus intelligant. Quare distinctionem mutavi, ut hoc dicat: *quid vero? laudo scilicet.*

1186. Vulgo *τάχα δὲ Καδμεῖοι* usque ad *περισσῶς* tribuuntur Agauae, perturbata responsione personarum. Eam ita restitui, ut verba *καὶ παῖς γε Πενθεὺς ματέρα*, et *περισσάν* choro restituerem. Quum laudari a choro virtutem suam vidit Agaue, *mox vero*, inquit, *etiam Cadmei laudabunt.* Ad quae chorus: *atque adeo Pentheus, filius matrem:* quod patet peracerba cum ironia dici. *Laudabit vero*, respondet illa, *quae hanc leonis praedam ceperim. Eximiam vero*, inquit Chorus. *Eximie profecto*, illa. Cod. Pal. habet *τάχα δὲ καὶ Καδμεῖοι,* cum qua scriptura, quae iambicum ischiorrhogicum praebet, velim conciliari posset strophicus. Non puto tamen ibi

ΧΟΡΟΣ.

καὶ παῖς γε Πενθεὺς ματέρ'.

ΑΓΑΥΗ.

ἐπαινέσεται,
λαβοῦσαν ἄγραν τάνδε λεοντοφυῆ.

ΧΟΡΟΣ.

περισσάν.

ΑΓΑΥΗ.

περισσῶς.

ΧΟΡΟΣ.

ἀγάλλῃ;

ΑΓΑΥΗ.

γέγηθα.

ΑΓΑΥΗ.

μεγάλα, μεγάλα καὶ

Euripidem scripsisse, ὃς κατεφόνευσέ νιν, aut ὁ καταφονεύσας νιν. Καί quidem vix erit qui non malit hic additum esse, ut quod ad sensum pene necessarium sit. Et posset quidem servari, si, qui aptissime hic commemoraretur, Κάδμος reponeretur pro Καδμεῖοι. Verumtamen, si scripsit Euripides τάχα δὲ Καδμεῖοι, est id sic intelligendum, ut Agaue his verbis maius quiddam, quam chori approbationem, designet: quasi dicat, bene est, quum tu me laudas, sed mox, quod maius est, laudabunt Cadmei. Nec diffitendum, bene id convenire huic loco, quum quos maxime gavisuros putat Agaue, dolituros maxime esse consentaneum sit.

1189. Περισσὰν περισσῶς emendavit Brodaeus, quum in Aldina περισσὰς, περισσῶς in aliis edd. περισσὰ περισσῶς legeretur.

1190. Ald. et Pal. plene interpungunt post γέγηθα, sed Ald. habet μεγάλα μεγάλα, φανερὰ

φανερὰ τἄργ' ἐγὼ κατειργασμένα.

ΧΟΡΟΣ.

δεῖξόν νυν, ὦ τάλαινα, σὴν νικηφόρον
ἀστοῖσιν ἄγραν, ἣν φέρουσ' ἐλήλυθας.

ΑΓΑΥΗ.

ὦ καλλίπυργον ἄστυ Θηβαίας χθονὸς
ναίοντες, ἔλθεθ', ὡς ἴδητε τήνδ' ἄγραν,
Κάδμου θυγατέρες θηρὸς ἣν ἠγρεύσαμεν,
οὐκ ἀγκυλωτοῖς Θεσσαλῶν στοχάσμασιν,
οὐ δικτύοισιν, ἀλλὰ λευκοπήχεσιν
χειρῶν ἀκμαῖσι. κᾆτα κομπάζειν χρεών,
καὶ λογχοποιῶν ὄργανα κτᾶσθαι μάτην.

καὶ τάδ' ἔργα κατειργασμένα. Pal. autem *γέγηθα. μεγάλα μεγάλα καὶ φανερὰ τάδ' ἔργα κατειργασμένα.* Seidlerus, quem sequitur Matthiae, *γέγηθα μεγάλα μεγάλα καὶ φανερά, καινὰ δ' ἔργματ' εἰργασμένα* quae scriptura eo vitio laborat, quod non *δέ*, sed *τέ* poni debuit. Elmsleius veram putat cod. Pal. scripturam esse, *καὶ φανερά*, sed vitium latere in *τάδ' ἔργα.* Cui eo facilius assentior, quod typographi errore in Aldina *καὶ* alieno loco positum videtur. Itaque quum pronomen *ἐγώ*, quod ad sensum loci ita commodum est, ut aegre eo careamus, propter praegressum *ἔργα* excidisse videatur, *τἄργ' ἐγὼ κατειργασμένα* scripsi. Magis tamen placeret, si libri adiuvarent, *γέγηθα μεγάλα μεγάλα τάδε φανερά τ' ἔργ' ἐγὼ κατειργασμένα.*

1200. Signum interrogandi ex Heathii sententia Elmsleius apposuit, quo mihi, quum haec ironice dicantur, non videtur opus esse. *Et tum,* inquit, *gloriari oportet, frustraque sibi tela cudi iubere:* quibus scilicet non opus habent, qui satis pollent manibus suis.

ἡμεῖς δὲ ταύτῃ χειρὶ τόνδε θ' εἵλομεν,
χωρίς τε θηρὸς ἄρθρα διεφορήσαμεν.
ποῦ μοι πατὴρ ὁ πρέσβυς; ἐλθέτω πέλας.
Πενθεύς τ' ἐμὸς παῖς ποῦ 'στιν; αἰρέσθω λαβὼν
πηκτῶν πρὸς οἴκους κλιμάκων προσαμβάσεις,
ὡς πασσαλεύσῃ κρᾶτα τριγλύφοις τόδε
λέοντος, ὃν πάρειμι θηράσασ' ἐγώ.

ΚΑΔΜΟΣ.

ἕπεσθέ μοι, φέροντες ἄθλιον βάρος
Πενθέως, ἕπεσθε, πρόσπολοι, δόμων πάρος,
οὗ σῶμα μόχθων μυρίοις ζητήμασιν
φέρω τόδ' εὑρὼν ἐν Κιθαιρῶνος πτυχαῖς,
διασπάρακτον, κοὐδὲν ἐν ταὐτῷ πέδῳ
λαβών, ἐν ὕλῃ κείμενον δυςευρέτως.
ἤκουσα γάρ του θυγατέρων τολμήματα,

1204. Nonnus XLIV. 78. σὺ δὲ σύμβολα παιδὸς Ἀγαύης πῆξον ἀριστοπόνοιο τεοῦ προπάροιθε μελάθρου. Et XLVI. 230 Πενθέα δεῦρο κάλεσσον, ὅπως φθονεροῖσιν ὀπωπαῖς θηροφόνους ἱδρῶτας ὀπιπεύσειε Λυαίου· δμῶες ἐμοί, στείχεσθε, παρὰ προπύλαια δὲ Κάδμου πήξατε τοῦτο κάρηνον, ἐμῆς ἀναθήματα νίκης.

1213. Libri δυςευρέτῳ. Reiskius aut δυςεύρετον legendum, aut vulgatam ita explicandam censebat, *in qua aegre aliquid invenitur.* Portus *difficulter scrutabilem*, Elmsleius *inviam* interpretatur. Mihi frustra laborare videntur in hoc vocabulo. Quare δυςευρέτως scripsi. In huiusmodi vocabulis nihil refert, utrum reperiantur in lexicis, an non. Rem ipsam supra his verbis descripserat v. 1129. κεῖται δὲ χωρὶς σῶμα, τὸ μὲν ὑπὸ στύφλοις πέτραις, τὸ δ' ὕλης ἐν βαθυξύλῳ φόβῃ, οὐ ῥᾴδιον ζήτημα.

ἤδη κατ' ἄστυ τειχέων εἴσω βεβώς,
σὺν τῷ γέροντι Τειρεσίᾳ, Βακχῶν πάρα.
πάλιν δὲ κάμψας εἰς ὄρος, κομίζομαι
τὸν κατθανόντα παῖδα Μαινάδων ὕπο.
καὶ τὴν μὲν Ἀκταίων' Ἀρισταίῳ ποτὲ
τεκοῦσαν εἶδον Αὐτονόην, Ἰνώ θ' ἅμα,
ἔτ' ἀμφὶ δρυμοῖς οἰστροπλῆγας ἀθλίας·
τὴν δ' εἶπέ τίς μοι δεῦρο βακχείῳ ποδὶ
στείχειν Ἀγαυήν, οὐδ' ἄκραντ' ἠκούσαμεν.
λεύσσω γὰρ αὐτήν, ὄψιν οὐκ εὐδαίμονα.

ΑΓΑΥΗ.

πάτερ, μέγιστον κομπάσαι πάρεστί σοι,
πάντων ἀρίστας θυγατέρας σπεῖραι μακρῷ
θνητῶν. ἁπάσας εἶπον, ἐξόχως δ' ἐμέ,
ἣ τὰς παρ' ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας,
εἰς μεῖζον ἥκω, θῆρας ἀγρεύειν χεροῖν.

1216. *Βακχῶν πάρα*, quod recte Elmsleius cum Brunckio ex Musgravii emendatione pro *Βακχῶν πέρι* recepit, cum verbo *βεβώς* coniungendum. Nam qui ad *ἤκουσα* referri vellet, scribere deberet *ἤκουσα γὰρ τὰ θυγατέρων τολμήματα.* Quod Matthiae posuit, *ἤκουσα γάρ που*, alienum ab huius loci ratione est.

1224. Libri *αὐτῆς*. Verissime Scaliger *αὐτήν*, probantibus Musgravio et Brunckio. Neque enim cum Elmsleio sentiam, parum referre. Non enim infelicem adspectum filiae, sed ipsam videre vult, quae praebet infelicem adspectum.

1228. Nonnus XLV. 17. *καί τις ἀνοιστρηθεῖσα θυελλήεντι πεδίλῳ κούρη λυσιέθειρα διέσσυτο παρθενεῶνος, κερκίδα καλλείψασα καὶ ἱστοτέλειαν Ἀθήνην.*

1229. Praetuli cod. Pal. scripturam *μεῖζον* vulgato *μείζον'.*

γέρω δ' ἐν ὠλέναισιν, ὡς ὁρᾷς, τάδε
λαβοῦσα τἀριστεῖα, σοῖσι πρὸς δόμοις
ὡς ἀγκρεμασθῇ. σὺ δὲ, πάτερ, δέξαι χεροῖν.
γαυρούμενος δὲ τοῖς ἐμοῖς ἀγρεύμασιν
κάλει φίλους εἰς δαῖτα. μακάριος γὰρ εἶ,
μακάριος, ἡμῶν τοιάδ' ἐξειργασμένων.

ΚΑΔΜΟΣ.

ὦ πένθος οὐ μετρητὸν, οὐδ' οἷόν τ' ἰδεῖν,
φόνον ταλαίναις χερσὶν ἐξειργασμένων.
καλὸν τὸ θῦμα καταβαλοῦσα δαίμοσιν,
ἐπὶ δαῖτα Θήβας τάςδε κἀμὲ παρακαλεῖς.
οἴμοι κακῶν μὲν πρῶτα σῶν, ἔπειτ' ἐμῶν.
ὡς ὁ θεὸς ἡμᾶς ἐνδίκως μὲν, ἀλλ' ἄγαν,
Βρόμιος ἄναξ ἀπώλεσ', οἰκεῖος γεγώς.

ΑΓΑΥΗ.

ὡς δύςκολον τὸ γῆρας ἀνθρώποις ἔφυ,
ἔν τ' ὄμμασι σκυθρωπόν. εἴθε παῖς ἐμὸς

1232. Male vulgo, *ὡς ἂν κρεμασθῇ*. Non convenit enim hic *ἄν*, ut in re minime dubia. Itaque etiam supra v. 1206. non est ea particula usus, *ὡς πασσαλεύσῃ κρᾶτα τριγλύφοις τόδε*. Quare, *ὡς ἀγκρεμασῇ* scripsi.

1244. Mirum quantopere hic locus vexaverit interpretes, quorum quidam satis probabiles coniecturas protulerunt, si opus esset emendatione. In his numero etiam *ὅταν* pro *ὅτ' ἄν*. Neque enim soloecum est *ὅταν* optativo iunctum, ut putat Elmsleius, modo ibi, ubi debet, sic construatur. Hoc dicit: *utinam filius meus sic, ut ego, praeda onustus rediret, quum venaretur inter Thebanos iuvenes: at ille nihil nisi diis reluctari didicit.* Quum dicit *ὀριγνῷτο*, non *ὀριγνᾶται*, ipso verbi modo indicat, non esse Pentheum venationis studiosum. Itaque non opus habuit adiicere, *at ille non it venatum.*

εὔθηρος εἴη, μητρὸς εἰκασθεὶς τρόποις,
ὅτ' ἐν νεανίαισι Θηβαίοις ἅμα
θηρῶν ὀριγνῷτ'. ἀλλὰ θεομαχεῖν μόνον
οἷός τ' ἐκεῖνος. νουθετητέος, πάτερ,
σοί τ' ἐστὶ κἀμοί, μὴ σοφοῖς χαίρειν κακοῖς.
ποῦστιν; τίς αὐτὸν δεῦρ' ἂν ὄψιν εἰς ἐμὴν
καλέσειεν, ὡς ἴδῃ με τὴν εὐδαίμονα;

ΚΑΔΜΟΣ.

φεῦ φεῦ, φρονήσασαι μὲν οἷ' ἐδράσατε,
ἀλγήσετ' ἄλγος δεινόν. εἰ δὲ διὰ τέλους
ἐν τῷδ' ἀεὶ μενεῖτ', ἐν ᾧ καθέστατε,
οὐκ εὐτυχοῦσαι δόξετ' οὐχὶ δυστυχεῖν.

ΑΓΑΥΗ.

τί δ' οὐ καλῶς τῶνδ', ἢ τί λυπηρῶς ἔχει;

ΚΑΔΜΟΣ.

πρῶτον μὲν εἰς τόνδ' αἰθέρ' ὄμμα σὸν μέθες.

ΑΓΑΥΗ.

ἰδού. τί μοι τόνδ' ἐξυπεῖπας εἰσορᾶν;

ΚΑΔΜΟΣ.

ἔθ' αὔτος, ἤ σοι μεταβολὰς ἔχειν δοκεῖ;

ΑΓΑΥΗ.

λαμπρότερος ἢ πρὶν καὶ διιπετέστερος.

ΚΑΔΜΟΣ.

τὸ δὲ πτοηθὲν τόδ' ἔτι σῇ ψυχῇ πάρα;

ΑΓΑΥΗ.

οὐκ οἶδα τοὔπος τοῦτο. γίγνομαι δέ πως
ἔννους, μετασταθεῖσα τῶν πάρος φρενῶν.

ΚΑΔΜΟΣ.

κλύοις ἂν οὖν τι, κἀποκρίναι' ἂν σαφῶς;

ΑΓΑΥΗ.

ὡς ἐκλέλησμαί γ' ἃ πάρος εἴπομεν, πάτερ.

ΚΑΔΜΟΣ.
εἰς ποῖον ἦλθες οἶκον ὑμεναίων μέτα;
ΑΓΑΥΗ.
σπαρτῷ μ᾽ ἔδωκας, ὡς λέγουσ᾽, Ἐχίονι.
ΚΑΔΜΟΣ.
τίς οὖν ἐν οἴκοις παῖς ἐγένετο σῷ πόσει;
ΑΓΑΥΗ.
Πενθεύς, ἐμῇ τε καὶ πατρὸς κοινωνίᾳ.
ΚΑΔΜΟΣ.
τίνος πρόσωπον δῆτ᾽ ἐν ἀγκάλαις ἔχεις;
ΑΓΑΥΗ.
λέοντος, ὥς γ᾽ ἔφασκον αἱ θηρώμεναι.
ΚΑΔΜΟΣ.
σκέψαι νυν ὀρθῶς. βραχὺς ὁ μόχθος εἰσιδεῖν.
ΑΓΑΥΗ.
ἔα, τί λεύσσω; τί φέρομαι τόδ᾽ ἐν χεροῖν.
ΚΑΔΜΟΣ.
ἄθρησον αὐτό, καὶ σαφέστερον μάθε.

1272. Pal. *σκέψαι νῦν ὀρθῶς.* Eleganter Elmsleius *νίν* coniicit. Non videtur tamen necessarium esse. Multis haec amplificavit Nonnus XLVI. 245 seqq.

1275. Est sane, quod quis dubitet de medio *φέρομαι*, ubi nemo non activum exspectet. Vnde Elmsleius *φέρομεν* scribendum suspicatur. Id non dubitarem recipere, nisi pluralis a tanto animi motu, praesertim in interrogatione, alienus videretur. Quare sic intelligendum puto librorum scripturam: *quid hoc mihi in manibus reporto?* Operae pretium faceret, qui quaereret, quibus conditionibus verbum plurale pro singulari a Graecis usurpatum sit: quae materia nondum exhausta est.

ΑΓΑΥΗ.

ὁρῶ μέγιστον ἄλγος ἡ τάλαιν' ἐγώ.

ΚΑΔΜΟΣ.

μῶν σοι λέοντι φαίνεται προσεικέναι;

ΑΓΑΥΗ.

οὔκ, ἀλλὰ Πενθέως ἡ τάλαιν' ἔχω κάρα.

ΚΑΔΜΟΣ.

ἡμαγμένον γε πρόσθεν ἤ σε γνωρίσαι.

ΑΓΑΥΗ.

τίς ἔκτανέν νιν; πῶς ἐμὰς ἦλθεν χέρας;

1278. Vulgo *οἰμωγμένον*. Elmsleius, licet in interpretatione se haerere fateatur, *ᾠμωγμένον* edidit. Hoc non aliter admitti posset, nisi si scriberetur, *ᾠμωγμένον γ' οὐ πρόσθεν*. Sed longe praestat Musgravii coniectura *ἡμαγμένον*, quam recipiendam duxi. Porro *ἢ σὲ γνωρίσαι* scripsit Elmsleius, ut est in Aldina, reprehendens, quod Brunckius et Matthiae posuerunt, *ἤ σε γνωρίσαι*, quia enclitica eo quinti pedis loco ferri nequeat, nisi is pes sit iambus: quae observatio primum est a Porsono facta. Sed quum addat Elmsleius, vocalem brevem ante *γν* apud Euripidem tantum non semper produci, ipse videtur infirmare suam sententiam. Ac sane hoc ipso loco potius corripienda videtur particula *γέ*, quam scribendum esse, *ἢ σὲ γνωρίσαι*, quum id sensus non ferat. Neque enim ulla hic oppositio inter Agauen et nescio quem alium cogitari potest. Sic in Oreste 727. *θᾶσσον ἢ μ' ἐχρῆν προβαίνων ἱκόμην δι' ἄστεως.*

1279. Vulgo *ἦλθ' εἰς χέρας*, qua parum eleganti verborum iunctura merito offensus Elmsleius, quum cod. Pal. habeat *ἦλθες χέρας*, mallet *ἦλθεν χέρας*, si certum esset, recte abesse posse praepositionem. Ego quidem id ipsum

ΚΑΔΜΟΣ.
δύστηνʼ ἀλήθειʼ, ὡς ἐν οὐ καιρῷ πάρει.
ΑΓΑΥΗ.
λέγʼ, ὡς τὸ μέλλον καρδία πήδημʼ ἔχει.
ΚΑΔΜΟΣ.
σύ νιν κατέκτας, καὶ κασίγνηται σέθεν.
ΑΓΑΥΗ.
ποῦ δʼ ὤλετʼ; ἢ κατʼ οἶκον; ἢ ποίοις τόποις;
ΚΑΔΜΟΣ.
οὗπερ πρὶν Ἀκταίωνα διέλαχον κύνες.
ΑΓΑΥΗ.
τί δʼ εἰς Κιθαιρῶνʼ ἦλθε δυςδαίμων ὅδε;
ΚΑΔΜΟΣ.
ἐκερτόμει θεὸν σάς τε βακχείας μολών.
ΑΓΑΥΗ.
ἡμεῖς δʼ ἐκεῖσε τίνι τρόπῳ κατήραμεν;
ΚΑΔΜΟΣ.
ἐμάνητε, πᾶσά τʼ ἐξεβακχεύθη πόλις.

---

reposui, etsi non habeo exemplum huius formulae in promptu. Sed est hoc ex eo genere, in quo facile existimari potest, quid ratio linguae permittat. Ne quis simile vulgato *ἦλθʼ εἰς Ἴλιον* ex Oreste 647 afferat, ubi Porsonus *ἐς* posuit, meminerit suspectum id esse, quum ex duobus codd. Matthiae elegantissimam scripturam attulerit *ἦλθʼ ὑπʼ Ἴλιον*.

1281. Rectissime Elmsleius vidit *καρδία πήδημʼ ἔχει*, pro *δέδοικα* positum, regere accusativum *τὸ μέλλον*. Vide supra ad v. 600.

1284. Nonnus XLVI. 262. *ἔῤῥε, Κιθαιρών· γηροκόμους Κάδμοιο κατέκτανες· ἀμφοτέρους δέ, νεκρὸν ἔχεις Πενθῆα, καὶ Ἀκταίωνα καλύπτεις.*

ΑΓΑΥΗ.
Διόνυσος ἡμᾶς ὤλεσ᾽, ἄρτι μανθάνω.
ΚΑΔΜΟΣ.
ὕβριν γ᾽ ὑβρισθείς· θεὸν γὰρ οὐχ ἡγεῖσθέ νιν.
ΑΓΑΥΗ.
τὸ φίλτατον δὲ σῶμα ποῦ παιδὸς, πάτερ;
ΚΑΔΜΟΣ.
ἐγὼ μόλις τόδ᾽ ἐξερευνήσας φέρω.
ΑΓΑΥΗ.
ἦ πᾶν ἐν ἄρθροις συγκεκλῃμένον καλῶς;

* * *

ΑΓΑΥΗ.
Πενθεῖ δὲ τί μέρος ἀφροσύνης προσῆκ᾽ ἐμῆς;
ΚΑΔΜΟΣ.
ὑμῖν ἐγένεθ᾽ ὅμοιος, οὐ σέβων θεόν.
τοιγὰρ συνῆψε πάντας εἰς μίαν βλάβην,
ὑμᾶς τε, τόνδε θ᾽, ὥστε διολέσαι δόμους,
κἄμ᾽, ὅστις ἄτεκνος ἀρσένων παίδων γεγὼς,
τῆς σῆς τόδ᾽ ἔρνος, ὦ τάλαινα, νηδύος
αἴσχιστα καὶ κάκιστα κατθανόνθ᾽ ὁρῶ·

1290. Ald. ὕβριν ὑβρισθείς. Additum γ᾽ ab Heathio, quem Matthiae atque Elmsleius sequuti sunt. Nec dissentio ab his, sed tamen non praetereundum puto, etiam si quis ὑμῖν ὑβρισθείς scribendum coniiciat, recte se habituram esse loci sententiam.

1295. Recte Matthiae inter hunc et sequentem versum lacunae signa posuit, siquidem apertissimum est, hic aliquid excidisse. Nam et respondere Cadmus debuit ad id, quod interrogaverat Agaue, et male interpellatae aequales personarum vices lacunam produnt.

ᾧ δῶμ' ἀνέβλεπεν, ὃς συνεῖχες, ὦ τέκνον,
τοὐμὸν μέλαθρον, παιδὸς ἐξ ἐμῆς γεγώς,
πόλει τε τάρβος ἦσθα. τὸν γέροντα δὲ
οὐδεὶς ὑβρίζειν ἤθελ', εἰσορῶν τὸ σὸν
κάρα. δίκην γὰρ ἀξίαν ἐλάμβανεν.
νῦν δ' ἐκ δόμων ἄτιμος ἐκβεβλήσομαι,
ὁ Κάδμος ὁ μέγας, ὃς τὸ Θηβαίων γένος
ἔσπειρα, κἀξήμησα κάλλιστον θέρος.
ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, καὶ γὰρ οὐκέτ' ὢν ὅμως,

1301. Ald. et Pal. *ᾧ δῶμ' ἀνέβλεπεν* Elmsleius, *ὧ δῶμ' ἀνέβλεπ'*, neglecta adspiratione. Matthiae recte videtur *ἀνέβλεπεν* servasse, quum, licet rara, tamen non sit illicita correptio ante *βλ*. Erfurdtius in ed. min. Antig. ad v. 296. *ἔβλαστες* ex Philoctet. 1311. et *ἔβλαψε* e fragm. incerti poetae apud schol. Soph. ad Antig. 620. et Athenagoram p. 106. attulit. Addi possunt *ἔβλαστε* in Soph. El. 440. *ἀπέβλαστον* in Oed. Col. 533. et *παιδὸς δὲ βλαστάς* Oed. R. 717. *δόμοισι βλάβαν* Trach. 842. Pro *ᾧ* Stephanus ex vet. cod. *ὃν* legi volebat, idque supra scriptum habet cod. Pal. Dativo firmando non puto admoveri posse Eurip. Suppl. 322. quo loco usus est Elmsleius. Ubi sic distinguendum videtur: *ὁρᾷς, ἄβουλος ὡς κεκερτομημένη τοῖς κερτομοῦσι, γοργὸν ὡς ἀναβλέπει σὴ πατρίς. Vides*, inquit, *quam inops consilii a quibusdam dicta patria tua, quam torvum vultum tollat.* Rectius comparabis Ion. 1465. *ὅ τε γηγενέτας δόμος οὐκέτι νύκτας δέρκεται, ἀλίου δ' ἀναβλέπει λαμπάσιν.*

1305. Recte dicit Elmsleius, non esse *ἐλάμβαν' ἂν* corrigendum. Sed, quod putat, *ἐλάμβανεν* dici pro *ἔμελλε λήψεσθαι*, eatenus verum est, ut sensus eodem redeat: proprie vero formula illa rhetorica est, sumens fieri, vel factum esse, quod certa conditione futurum esse dicendum erat.

τὸν φιλτάτων ἔμοιγ᾽ ἀριθμήσει τέκνων,
οὐκέτι γενείου τοῦδε θιγγάνων χερί,
τὸν μητρὸς αὐδῶν πατέρα, προσπτύξει, τέκνον,
λέγων· τίς ἀδικεῖ, τίς σ᾽ ἀτιμάζει, γέρον;
τίς σὴν ταράσσει καρδίαν, λυπηρὸς ὤν;
λέγ᾽, ὡς κολάζω τὸν ἀδικοῦντά σ᾽, ὦ πάτερ.
νῦν δ᾽ ἄθλιος μέν εἰμ᾽ ἐγώ, τλήμων δὲ σύ,
οἰκτρὰ δὲ μήτηρ, τλήμονες δὲ σύγγονοι.
εἰ δ᾽ ἔστιν, ὅστις δαιμόνων ὑπερφρονεῖ,
εἰς τοῦδ᾽ ἀθρήσας θάνατον, ἡγείσθω θεούς.

ΧΟΡΟΣ.

τὸ μὲν σὸν ἀλγῶ, Κάδμε· σὸς δ᾽ ἔχει δίκην
παῖς παιδός, ἀξίαν μέν, ἀλγεινὴν δὲ σοί.

ΑΓΑΥΗ.

ὦ πάτερ, ὁρᾷς γὰρ τἄμ᾽ ὅσῳ μετεστράφη

* * *

1322. In iis, quae exciderunt, nomen videtur sequutum esse, ad quod referretur ὅσῳ. Aliter enim ὅσον dixisset. Qui sequitur versus, eum a scholiasta Aristoph. ad Plut. 908. ex Bacchis citatum, ad hanc orationem pertinere vidit Musgravius. Itaque eum inserui. In libris statim coniunguntur sine lacunae indicio versus 1322 et 1325. ἐκθρηνηθεῖσ᾽, ita ut versui 1322. Bacchi persona adscripta sit in editis, recte vero Agauae in cod. Pal. Praeterea omnia illa exciderunt, quibus Agaue filii interitum deflebat, in quam rem Musgravius Apsinis rhetoris testimonium attulit p. 724. ed. Ald. ἕκαστον γὰρ αὐτοῦ τῶν μελῶν ἡ μήτηρ ἐν ταῖς χερσὶ κρατοῦσα, καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν οἰκτίζεται. Porsonus autem adnotavit, integram hanc orationem lectam esse ei, qui Christum patientem scripsit, ex eaque sum-

εἰ μὴ γὰρ ἴδιον ἔλαβον εἰς χεῖρας μύσος

* * *

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

* * *

δράκων γενήσει μεταβαλών, δάμαρ τε σὴ
ἐκθηριωθεῖσ᾽, ὄφεος ἀλλάξει τύπον,
ἣν Ἄρεος ἔσχες Ἁρμονίαν, θνητὸς γεγώς.
ὄχον δὲ μόσχων, χρησμὸς ὡς λέγει Διός,
ἐλᾷς μετ᾽ ἀλόχου, βαρβάρων ἡγούμενος.
πολλὰς δὲ πέρσεις ἀναρίθμῳ στρατεύματι

---

ptos versus, qui ibi sunt 1509. 1510. (1519. 1520.) nisi quod *δὲ* pro suae prosodiae legibus scriptor ille omisit:

πῶς καί νιν ἡ δύστηνος εὐλαβουμένη
πρὸς στέρνα θῶμαι; τίνα δὲ θρηνήσω τρόπον.

Etiam Bacchi orationis initium deesse, apertum est. Illum quidem versum, *δράκων γενήσει μεταβαλών, δάμαρ τε σή*, qui deest in libris Euripidis, primus Matthiae addidit ex scholiasta inedito Dionysii Periegetae ad v. 391. apud Bredovium Epist. Paris. p. 45. qui quum simul duos sequentes versus afferat, certum facit loci, quo scriptus ille versus fuit, indicium. De illa Bacchi oratione sic scribit Nonnus XLVI. 356. *ὣς αἳ μὲν στενάχοντο κατηφέες· εἰσορόων δὲ Βάκχος ἄναξ ἐλέαιρε, φιλοθρήνους δὲ γυναῖκας μυρομένας ἀνέκουφεν, ἐπεὶ στοιχηδὸν ἑκάστῃ λυσιπόνῳ κεράσας μελιηδέϊ φάρμακον οἴνῳ δῶκε ποτὸν ληθαῖον· ὀδυρομένοιο δὲ Κάδμου πένθιμον ἐπρήϋνε γόον παιήονι μύθῳ, ἀμφοτέρας δ᾽ εὔνησε, καὶ Αὐτονόην καὶ Ἀγαύην, ἐλπίδος ἐσσομένης πρωτάγγελα θέσφατα φαίνων· Ἰλλυρίης δ᾽ ἐπὶ γαῖαν ἐς ἑσπερίον χθόνα πόντου Ἁρμονίην λιπόπατριν ὁμόστολον ἥλικι Κάδμῳ, ἀμφοτέρους πόμπευεν ἀλήμονας, οἷς χρόνος ἑρπων ὤπασε πετρήεσσαν ἔχειν ὀφιώδεα μορφήν.*

πόλεις· ὅταν δὲ Λοξίου χρηστήριον
διαρπάσωσι, νόστον ἄθλιον πάλιν
σχήσουσι. σὲ δ' Ἄρης Ἁρμονίαν τε ῥύσεται,
μακάρων τ' ἐς αἶαν σὸν καθιδρύσει βίον.
ταῦτ' οὐχὶ θνητοῦ πατρὸς ἐκγεγὼς λέγω
Διόνυσος, ἀλλὰ Ζηνός. εἰ δὲ σωφρονεῖν
ἔγνωθ', ὅτ' οὐκ ἠθέλετε, τὸν Διὸς γόνον
εὐδαιμονεῖτ' ἂν σύμμαχον κεκτημένοι.

1332. Elmsleius, rectius fortasse, inquit, *ῥύσεται*. Exspectamus, quae vir doctissimus ad Sophoclis Oed. R. 1289. se allaturum significat: etsi parum credibile nobis videtur, verba, quae natura asperum *ρ* habent, aliquando leni ea littera pronunciata esse. Nobis quidem longa syllaba finalis aut vox longa monosyllaba ante quintam arsin, de qua dictum in Elementis D. M. p. 113. seqq. idoneam ab interpunctionibus excusationem habere videtur. Cuius rei quum multiplex ratio sit, videndum est in quoque versu, quem ille numerum praebeat, si rite, i. e. ut distingui debet oratio, pronuncietur. Qui enim omnes versus eodem modo recitant, nae illi, quamvis metrorum sint scientissimi, tamen plane obliviscuntur, quem ad finem inventa sint metra, quemque usum et quam virtutem habeant. Id negligere, simile mihi videtur, ut si quis eam putaret numerosam orationem esse, quae aequabilem militum manipuli incessum iugi perpetuitate imitaretur.

1337. Libri *εὐδαιμονοῖτ' ἄν*, quod servarunt Matthiae et Elmsleius. Musgravius scribendum putabat, *ηὐδαιμονεῖτ' ἄν*, quod interpretatur, *fuissetis felices*, quum ita deberet, *essetis felices*. Brunckius recte edidit *εὐδαιμονεῖτ' ἄν*. Indicativi enim haec vis est, ut contrarium verum esse

ΑΓΑΥΗ.
Διόνυσε, λισσόμεσθά σ', ἠδικήκαμεν.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
ὄψ' ἐμάθεθ' ἡμᾶς. ὅτε δ' ἐχρῆν, οὐκ ᾔδετε.

---

indicet, i. e. *at non estis felices.* Optativus autem dubitationem continet, et non adsignificat verum esse contrarium, sed posse verum esse, posse etiam non esse verum. Id quum multis possit exemplis demonstrari, satis duco illis duobus uti, quae Elmsleius attulit: Eurip. Suppl. 764. *φαίης ἄν, εἰ παρῆσθ', ὅτ' ἠγάπα νεκρούς.* Indicativo si usus esset, diceret, *concederes, bonum virum esse Theseum, si ista vidisses: at non concedis.* Id vero nec voluit, nec potuit dicere. Quare sic loquitur: *concedas, si vidisses:* i. e. nescio quid dicturus sis, sed puto concessurum. Homerus Iliad. β. 80. *εἰ μέν τις τὸν ὄνειρον Ἀχαιῶν ἄλλος ἔνισπε, ψεῦδός κεν φαῖμεν, καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον.* Si indicativum posuisset, hic sensus esset: *si quis alius hoc somnium narrasset, mendacium esse diceremus et abhorreremus: at non narravit alius: itaque non ita sentimus.* Facile apparet, quam haec impolita oratio fuisset. Omnes enim alios, excepto Agamemnone, mendaces esse affirmaret. Nunc optativo usus hoc dicit: *alius si narrasset, dicamus mendacium esse et abhorreamus.* I. e. tum fortasse possimus mendacium vocare: ex quo non sequitur, mendaces illos esse, sed dubitari quodammodo de eorum fide posse. Haec qui animo reputaverit facile intelliget, hic non aptum esse optativum, praesertim quum additum sit, *τὸν Διὸς γόνον σύμμαχον κεκτημένοι.*

1338. Hunc versum et v. 1340. 1342. qui Cadmo in libris adscribuntur, Elmsleius recte Agauae dedit.

ΑΓΑΥΗ.
ἐγνώκαμεν ταῦτ'· ἀλλ' ἐπεξέρχῃ λίαν.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
καὶ γὰρ πρὸς ὑμῶν, θεὸς γεγώς, ὑβριζόμην.
ΑΓΑΥΗ.
ὀργὰς πρέπει θεοὺς οὐχ ὁμοιοῦσθαι βροτοῖς.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
πάλαι τάδε Ζεὺς οὑμὸς ἐπένευσεν πατήρ.
ΑΓΑΥΗ.
αἶ αἶ, δέδοκται, πρέσβυ, τλήμονες φυγαί.
ΔΙΟΝΥΣΟΣ.
τί δῆτα μέλλεθ', ἅπερ ἀναγκαίως ἔχει;
ΚΑΔΜΟΣ.
ὦ τέκνον, ὡς εἰς δεινὸν ἤλθομεν κακόν,
σύ θ' ἡ τάλαινα, * σύγγονοί τε σαί·
ἐγώ θ' ὁ τλήμων βαρβάρους ἀφίξομαι

1344. Vide ad Sophoclis Trach. 517. Qui sequitur versus, *τί δῆτα μέλλεθ', ἅπερ ἀναγκαίως ἔχει*, primum ab Elmsleio e cod. Pal. editus est.

1347. Vulgo, *σύ θ' ἡ τάλαινα, συγγονοί τε σαὶ φίλαι.* Quae quis est, qui quidem tragicorum poesin satis cognitam habeat, quin languidissimo additamento, *φίλαι*, liberata cupiat? Hic quoque optimus ille codex Palatinus, in quo non est illud verbum, indicium facit, esse id a metrorum correctore adiectum, a quo multae Aldi scripturae originem habent. Nam etiam collocatio verborum parum numerosa est. Excidit aliquid in medio versu, et quidem, nisi egregie fallor, haec verba, *παῖς τε.* Itaque saltem *φίλαι* delevi.

γέρων μέτοικος. ὅ τι δέ μοι τὸ θέσφατον
εἰς Ἑλλάδ' ἀγαγεῖν μιγάδα βάρβαρον στρατόν,
καὶ τὴν Ἄρεως παῖδ' Ἁρμονίαν, δάμαρτ' ἐμήν,
δράκων δρακαίνης φύσιν ἔχουσαν ἀγρίαν,
ἄξω 'πὶ βωμοὺς καὶ τάφους Ἑλληνικούς,
ἡγούμενος λόγχαισιν· οὐδὲ παύσομαι
κακῶν ὁ τλήμων, οὐδὲ τὸν καταιβάτην
Ἀχέροντα πλεύσας, ἥσυχος γενήσομαι.

ΑΓΑΥΗ.

ὦ πάτερ, ἐγὼ δέ σου στερεῖσα φεύξομαι.

ΚΑΔΜΟΣ.

τί μ' ἀμφιβάλλεις χερσὶν, ὦ τάλαινα παῖ,
ὄρνις ὅπως, κηφῆνα, πολιόχρως κύκνος;

1349. Libri, ἔτι δέ μοι τὸ θέσφατον εἰς Ἑλλάδ' ἀγαγεῖν μιγάδα βάρβαρον στρατόν, cum plena interpunctione in fine. Miror, non animadvertisse criticos, et soloecismo haec laborare, et tautologiam parere, quum idem mox v. 1353. seq. dicatur. Aut dicendum erat sine articulo ἔτι δέ μοι θέσφατον, scilicet ἐστίν, aut ἔτι δέ μοι τὸ θέσφατον εἶπε, prouti θέσφατον aut dictionem oraculi, aut oraculum ipsum, quod edidisset eam dictionem, significare scriptor vellet. Verum etiam remoto orationis vitio, tamen tautologia maneret. His incommodis unius litterae mutatione, et interpunctione corrigenda medendum duxi. Cohaerent omnia hoc modo: *ipseque miser barbaros visam, senex exsul: et qualecumque hoc mihi datum est oraculum, adducturum me esse in Graeciam mixtas barbarorum catervas, etiam Martis filiam Harmoniam uxorem meam, draco in draconis formidabile corpus transformatam, ad aras et sepulcra Graeca adducam, monstrans viam hosti.*

1359. Libri, ὄρνις ὅπως κηφῆνα πολιόχρως κύκνος.

ΑΓΑΥΗ.

ποῖ γὰρ τράπωμαι, πατρίδος ἐκβεβλημένη;

ΚΑΔΜΟΣ.

οὐκ οἶδα, τέκνον. σμικρὸς ἐπίκουρος πατήρ.

Quae si quaeras cur displicuerint interpretibus, caussas invenies duas, unam, quod parum apte usurpatum sit epitheton *πολιόχρως* de avi, cui Agaue comparatur, quum id potius ei avi conveniat, cui senex Cadmus similis sit; alteram quod *κηφήν*, etsi natura sua substantivum, tamen hic aperte pro adiectivo sit, ita ut non aliter quadrare videatur, nisi si *κύκνον* ei ut substantivum adiungatur. Itaque sane haec omnia vitarentur, si scriberetur, *ἔστιν ὅπως κηφῆνα πολιόχρων κύκνον.* Verum, praeterquam quod haec iusto maior corrigendi audacia foret, oblitteraretur etiam pietatis in parentem significatio, quam exprimere poetam voluisse verisimile est. Nihil aliud enim, nisi ipse Cadmus cum grandaevo cycno compararetur. Itaque probandam ego quidem iudicem librorum scripturam, sed ita, ut, quod feci, *κηφῆνα* per commata a caeteris verbis separetur. Neque enim adducor, ut ex nomine *κύκνος* repetendum putem *κύκνον* ad *κηφῆνα*, quia id valde durum foret: sed ad ipsum existimo Cadmum referendum esse, hoc sensu, *τί μ' ἀμφιβάλλεις, κηφῆνα ὄντα, ὡς κύκνος; quid me, senio confectum atque inertem, ut cycnus amplecteris?* Ita iam *πολιόχρως* parum aut nihil offensionis habet, dictum illud eodem modo, ut in Herc. fur. 110. cycnus *πολιὸς ὄρνις* appellatur.

1361. *Σμικρός* posui pro *μικρός*, ad Elmsleii sententiam. Aptior haec forma in principio orationis, tum etiam propter verba, quibus adiunctum hoc nomen est.

ΑΓΑΥΗ.

ἰή, αα.

χαῖρ', ὦ μέλαθρον, χαῖρ', ὦ πατρῴα
πόλις. ἐκλείπω σ' ἐπὶ δυςτυχίᾳ
φυγὰς ἐκ θαλάμων.

ΚΑΔΜΟΣ.

στεῖχέ νυν, ὦ παῖ, τὸν Ἀρισταίου

* * *

ΑΓΑΥΗ.

στένομαί σε, πάτερ.

ΚΑΔΜΟΣ.

κἀγὼ σέ, τέκνον,
καὶ σὰς ἐδάκρυσα κασιγνήτας.

1362. Elmsleius, χαῖρ', ὦ πατρία πόλις edidit, aut sic, aut χαῖρε, πατρῴα πόλις legendum censens. Ego quidem nondum dimoveor ab ea sententia, quam alibi defendi, πατρῷος etiam correpta media a tragicis usurpari. Quod ait Elmsleius, ne minimum quidem se credere vestigium discriminis, quod inter πατρῷος, πάτριος, et πατρικός esse dixerim, apud tragicos reperiri posse: velim mihi ostendatur, qui, quod Euripidem in Hec. 81. Porsonus facere coegit, πάτριον ξένον vocaverit eum, qui a patre alicui hospes relictus esset, aut quae plura huiuscemodi non nisi πατρῷα appellantur. Illud vero non mirum, si permulta sunt, quae et πάτρια recte vocantur et πατρῷα, ut terra, urbs, domus: sunt enim illa omnia πατρῷα, quia sunt aut fuerunt πάτρια.

1365. Post hunc versum lacunae signa posui. Nam versum excidisse non solum imperfecta oratio docet, στεῖχε τὸν Ἀρισταίου, cuiusmodi ellipsin iure suspectam habuit Elmsleius, sed etiam, quae fugit criticos antithetica compo-

ΑΓΑΥΗ.

ἀντίῤῥημα.

δεινῶς γάρ τοι τάνδ' αἰκίαν
Διόνυσος ἄναξ τοὺς σοὺς * εἰς
οἴκους ἔφερεν.

ΚΑΔΜΟΣ.

καὶ γὰρ ἔπασχεν δεινὰ πρὸς ὑμῶν,
ἀγέραστον ἔχων ὄνομ' ἐν Θήβαις.

---

sitio horum anapaestorum monstrat. Totum enim hoc anapaestorum quos Cadmus et Agaue habent, systema ad modum carminis epodici descriptum est, ita ut, aequaliter divisis personis, versibus 1362 — 1368 respondeant 1369 — 1375. et deinde 1376 — 1382. epodi loco sint.

1369. Ald. *δεινῶς γὰρ δεινῶς τάνδ' αἰκίαν*. Pal. *δεινῶς γὰρ τάνδ' αἰκίαν*. Brunckius, Matthiae, et Elmsleius, *δεινῶς*, *δεινῶς*, omisso *γάρ*, Elmsleius etiam *τήνδ' αἰκείαν*. Quamvis elegans sit repetitum *δεινῶς*, tamen et consensus librorum in *γάρ*, et auctoritas cod. Palatini alterum *δεινῶς* omittentis moverunt me, ut *δεινῶς γάρ τοι* scribendum putarem. Nec mutaverim *τάνδ'* in *τήνδ'*.

1370. Libri veteres *τοὺς σοὺς εἰς οἴκους ἔφερε*. Elmsleius putat Euripidem scripsisse, *τοὺς σοὺς εἰς τούσδ' οἴκους ἔφερεν*. Id mihi parum verisimile videtur, quia hoc *τούσδε* plane otiosum atque iners foret. Quare lacunam in medio versu notavi. Sic enim scriptum fuisse puto, *τοὺς σοὺς, πάτερ, εἰς οἴκους ἔφερεν*.

1372. Hunc et sequentem versum Baccho tribuunt libri, *καὶ γὰρ ἔπασχον* habentes. Permirum vero, non vidisse criticos, nihil fingi ab Euripide frigidius potuisse atque ineptius.

ΑΓΑΥΗ.

χαῖρε, πάτερ, μοι.

ΚΑΔΜΟΣ.

χαῖρ᾽, ὦ μελέα
θύγατερ. χαλεπῶς δ᾽ εἰς τόδ᾽ ἂν ἥκοις.

ΑΓΑΥΗ.

ἐπίῤῥημα.

ἄγετ᾽ ὦ πομποί με, κασιγνήτας
ἵνα συμφυγάδας ληψόμεθ᾽ οἰκτράς.
ἔλθοιμι δ᾽ ὅπου
μήτε Κιθαιρὼν μιαρός μ᾽ ἐςίδοι,
μήτε Κιθαιρῶν᾽ ὄσσοισιν ἐγώ,
μήθ᾽ ὅθι θύρσου μνῆμ᾽ ἀνάκειται.
Βάκχαις δ᾽ ἄλλαισι μέλοιεν.

---

quam Bacchum ista hic dicentem, quae per omnem fabulam factis satis declaraverat. Baccho hoc plane indecorum foret. Is defunctus erat partibus suis illa oratione, qua futura praedixerat, qua finita reliquerat scenam. Quare non potest dubitari, quin haec Cadmi verba sint, scribique debeat ἔπασχεν. Idque confirmat etiam personarum aequalis distributio.

1374. Vulgo, χαῖρ᾽ ὦ μελέα καὶ σύ γε θύγατερ, χαλεπῶς εἰς τόδ᾽ ἂν ἥκοις. Recepi verissimam emendationem Elmsleii, quum in cod. Pal. non sint verba καὶ σύ γε, quae metri caussa addita esse iam Elmsleius adnotavit. Δ᾽ ex Reiskii coniectura est.

1379. Omissa in libris verba μ᾽ ἐςίδοι quae Brunckius ex coniectura addidit, receperunt Matthiae et Elmsleius.

ΧΟΡΟΣ.

πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων,
πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί.
καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη,
τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός.
τοιόνδ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα.

1583. Qui factum sit, ut Euripides quinque fabulas iisdem versibus finierit, non memini me a quoquam interpretum indicatum legisse. Scilicet, ut fit in theatris, ubi actorum partes ad finem deductae essent, tantus erat surgentium atque abeuntium strepitus, ut quae chorus in exitu fabulae recitare solebat, vix exaudiri possent. Eo factum, ut illis chori versibus parum curae impenderetur.

INDEX GRAECVS.

INDEX LATINVS.

M.

N.

O.

P.

R.

INDEX SCRIPTORVM.

CORRIGENDA.

Pag. 48. numerus versuum 335. ab eo, cui adscriptus est, versu ad praecedentem admovendus est.

Ibidem adnotationibus, quibus numeri praefixi sunt 335. 339. 341. apponendi pro his sunt numeri 332. 336. 337.

Pag. 115. in fine adnotationis ad v. 995. scribe: *ad humanamque vitam expers mali est, si quis eam habet.*

Ibid. in adnotatione ad v. 990. l. 8. pro: cum Theocritus, scribe: tum Theocritus.

Pag. 140. v. 1178. dele interpunctionem post ἁπαλότριχα

— 146. in fine adnotationis ad v. 1232. scribe: ἀγκοςμασθῇ.

— 149. in adnotatione ad v. 1278. l. 15. pro his: corripienda videtur particula γέ, scribe: corripiendum videtur pronomen σε.

— 152. v. 1301. pro ῳ scribe ῷ

ADDENDA PRAEFATIONI.

P. XVI. In Euripidis Suppl. 521. aliam coniecturam proposuit Reisigius ad Soph. Oed. Col. p. 393.

— XXII. Orestis v. 505. aliter emendat Reisigius in Coniect. I. p. 246. et ad Oed. Col. pag. 376.

Sumtibus Gerhardi Fleischeri bibliopolae Lipsiensis hi quoque libri prodierunt.

Ciceronis opera quae supersunt omnia ac deperditorum fragmenta. Recognovit *Christ. Godofr. Schütz.* Tomi XVI. p. III. Librorum *de Republica* fragmenta nuper, a *Cl. Angelo Maio* ex codice rescripto edita. 8vo 1823.

Phalaridis Epistolae Latinas fecit et interpositis Caroli Boyle notis commentario illustravit Ioannes Daniel a Lennep. Mortuo Lennepio, finem operi imposuit, praefationes et adnotationes quasdam praefixit L. C. Valckenaer. Ed. altera textu passim refecto correctior notisque additis auctior. curavit Godofr. Henr. Schaefer 8vo mai. 1823. 2 Thl. 12 Gr.

Richter, C. E., Vollständiges Wort- und Sachregister zu Fr. Thiersch's griechischer Grammatik, vorzüglich des Homerischen Dialekts. Nebst einer Vorrede des Verfassers der Grammatik. gr. 8. 1823. 12 Gr.

Senecae, L. A., Tragoediae. Recensuit T. Baden II Partes 8vo mai. 1821. 5 Thlr. 8 Gr.

Sophoclis Antigona. Ad optimorum librorum fidem recensuit et brevibus notis instruxit C. G. A Erfurdt. Editio secunda cum annotationibus Godofredi Hermanni 8vo 1823. 1 Thlr. 4 Gr.
